## DECISIO CXXI.

IN gradu appellationis à ſententia lata ſuper immiſſione Petontij in poſſeſſionem vineæ detentæ à Iuſto fuit hinc inde petita cautio & aſſecuratio iudicii, & propoſito hodie dubio, An & quis teneatur cauere, dixerunt Domini, teneri Iuſtum.

Non quidem quo ad vineam, quia in ſtabilibus eo
1 quod perire † non poſſunt non militat ratio aſſecura-
tionis iudicii, *Peregr. de fideic. art.* 40. *num.*14. *Rota*
*dec.*168.*n.*5.*par.*5.*recent.* Vtique tamen quoad fructus
2 vineæ † quia tamquam res mobiles ſubtrahi poſſunt,
vt benè diſtinguit *Valaſch.conſult.*66.*n.*9.

Vnde ad conſulendum indemnitati actoris & ne
propter inopiam rei conuenti judicium reddatur elu-
ſorium ſuadet æquitas vt quando adeſt timor dilapi-
3 dationis, † vel difficilis recuperationis reus cogatur
præſtare cautionem vt fructus ponantur ſub ſeque-
ſtro, *Io.Faber, in* §. *ſed hodie num.* 9. *Inſt. de ſatiſdation.*
*Abb. in c.*2. *num.* 16. *verſ. ſed quandoque de ſequeſtra-*
*tion. poſſeſſ. & fruct. Gayll. obſeruat. lib.*1.*obſeru.*147. *nu.*3.
*&* 4. *& obſeru.*148.*nu.*7. *Marant. de praxi par.* 6. *num.*
188. *tit. de appellat. Affl. deciſ.* 170. *numero* 3. *verſ. quia*
*illa cautio, Rota deciſ.*136. *ſub num.* 3. *deciſ.*326. *num.*2.
*&* 3.*part.*2.*recent.deciſ.*155.*ſub num.*1.*&* 2.*inter impreſ-*
*ſas poſt Modern. de manut. & in Siracuſ. quartæ* 5. *Iunij*
1593.*coram bon.mem.Gipſio,* vbi quod hæc opinio niti-
4 tur maxima æquitate, vt fructus poſſint reſtitui ob
victoriam obtinendam.

Et in caſu noſtro inopia Iuſti euidens viſa fuit,
quia alias per ſententiam in judicatum tranſactam
5 † obtinuit admitti ad beneficium capituli Odoardus
6 de ſolutionibus quod non niſi † ſummè inopi conce-
ditur vt habetur, *in dicto cap. Odoardus & notat. ibi*
*gloſ. verbo non valentem Barboſ. num.*3. *Marc. Ant. Ge-*
*nuenſ. in praxi Archiep. Cur. Neapol. cap.*3.*n.*18. *Couar.*
*var. reſol. lib.*2.*cap.*8.*n.*9.

Nec inopiam excludit certa quantitas annui red-
7 ditus † quam Iudex in eadem ſententia Iuſto reſerua-
uit vt ſolet, quia cum illa deſtinata fuerit pro neceſſa-
8 riis alimentis non præſtat facultatem actori † recu-
perandi fructus vineæ controuerſæ quatenus à poſ-
ſeſſore contrahantur, vt in fortioribus terminis eſt
*text. in l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog. vbi Iaſ. num.* 3. *Sua-*
*rez l.*1.*tit. de los emplazamentos in princ. nu.*27.*pag.*741.
*Valaſch.conſult.*66.*num.*18.*& ſeqq.* & in ſpecie *Couar.*
*reſol. lib.*2.*cap.*1.*num.*9.*Carol. de Graſſ. de effect. cleric.*
*effect.*7.*num.*67.*&* 68. prout nec releuat poſſeſſio alte-
rius domus quia ad eam probandam exhibetur ſo-
9 lum locatio † abſque perceptione penſionis, quæ
locatoris poſſeſſionem contra tertium non probat
*cap. inter dilectos circa fin. de fid. inſtrum. Menoch. de*
*retinen. remed.*3.*num.*571.*& conſ.*1242.*n.*5. *Giouagn. conſ.*
8.*n.*131.*& ſeqq. lib.*1. *Seraph. deciſ.*2.*n.*2. *deciſ.*896. *nu.*2.
*Coccin. dec.*266.*n.*2.

10 Non obſtat, quod huiuſmodi cautio † non fuerit
petita initio judicij & ante litem conteſtatam, vt re-
quiri *tradit Saluſt. Tiber. in prax. A.C. lib.*2.*cap.*23.*nu-*
11 *mero* 12. *in fin.* ea ratione quia actor tacendo † videtur
agnouiſſe poſſeſſorem idoneum eſſe ſatisfactioni, &
aliàs imputare ſibi debet ſi non petita cautione cœpit
judicium cum eo qui non erat ſoluendo, *Aug. in l. ſi ab*
*arbitro per illum text. ff. quia ſatiſd. cog. Henrig. de*
*fideiuſſ. cap.*5.*nu.*44. *Marta voto* 100.*n.*9.

Nam ceſſat obiectum tum quia non probatur quod
12 tempore cœpti judicij † actor habuerit certam &
ſpecificam ſcientiam ſententiæ exaduerſo obtentæ
in vim cap. Odoardus, quo caſu ex ſuperuenienti



ſcientia poteſt quandocumque peti cautio, *Iaſ. in dicta l. ſi ab arbitro n.*5.*ff. qui ſatiſd. cog. Soccin. ibid. n.*6.*&* 17.*Pariſ. conſ.*99.*n.*26.*lib.*3. *Menoch. de arbitr. caſu* 87. *n.*17. *Vallaſch. conſult.*66.*n.*33.

Tum etiam quia condemnatio pro fructibus fuit
modo, & non prius obtenta, ideoque cautio petita
videtur cum primum timeri potuit de conſumptio-
ne & per ſententiam conſtitit de bono jure actoris,
13 vnde quicquid ſit † in aliis cautionibus reſpicienti-
bus rem ipſam principaliter petitam, vel expenſas,
vel perſonam rei conuenti, in quibus militare poteſt
negligentia aliqua actoris in petendo, & de quibus
loquitur *text. in auth. generaliter. Cod. Epiſc. & Cler. l.*1.
*ff. qui ſatiſd. cogan.* quo ad fructus concurrente timore
dilapidationis aſſecuratio peti poteſt etiam poſt ſen-
tentiam vt ad litteram eſt *textus in l. Imperatores* §.
*iidem reſcripſerunt de appellat. & in cap. fin. de ſequeſtr.*
*poſſeſſ. & fruct. quem deſumptum eſſe ex dicta l. Impera-*
*tores, notat ibi gloſ. verbo ſi diſſipentur l. ſi cum dotem* §.
*ſeu autem ff. ſolut. matr. l. Senatus Conſultò ff. de offic.*
*Præſid. Lance. de attent. lite pendente c.*4.*lim.*9. *num.* 1.
& de aſſecuratione poſt ſententiam loquitur *Rota di-*
*cta deciſ.* 326. *nu.* 2. *part.*2. *rec. & in dicta Siracuſana*
*quartæ coram Gipſio.*

Non obſtat quod aſſecurationes judicij receſſerint
14 ab aula & de conſuetudine reus non poſſit adſtringi
ad aſſecurandum *ex allegatis in dicta deciſ.* 326. *num.*4.
15 præter quod iſtam conſuetudinem procedere † in
cautionibus quas de iure præſtare tenebatur actor
*not. gloſſ. in* §. *ſed hodie verbo nullam in fine Inſtitut. de*
*ſatiſdat. ex* ſupra allegatis deciſionibus conſtat tam
de Iure quam de conſuetudine eſſe locum aſſecura-
tioni fructuum, quando ſubeſt juſta cauſa quia nem-
pe poſſeſſor non ſit ſoluendo non ſecus ac ſi adeſſet
tutor dilapidationis, quia in poſſeſſore exiſtente non
ſoluendo paria ſunt dilapidare & in proprios vſus
conuertere, *Rota in dicta Siracuſana quarta, coram bon.*
*mem. Gypſio.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## ROMANA CONCORDIÆ.

*Lunæ* 27. *Aprilis* 1643.

### ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de adimplemento liberationis promiſſæ. Oblatio verbalis, creditore recipere recuſante, operatur effectum veræ ſatisfactionis.

### SVMMARIVM.

1 *Liberatio alicuius rei promiſſa, ſequuta dicitur eo ipſo quod interceſſit renunciatio Iurium illius, qui ſuper dicta re prætenſionem habebat.*

2 *Amplia quamuis renunciatio contineat clauſulam præſeruatiuam, quia intelligenda eſt de aliis Iuribus competentibus renuncianti, præter expreſſè renunciata.*

3 *Euictio rei ſequuta non dicitur, niſi concurrat amiſſio dominy, vel poſſeſſionis.*

4 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem datur hæredi ex capite probabilis ignorantiæ.*

5 *Aſſignatio rei ſi detegitur defectuoſa ſupplenda eſt.*

6 *Præſertim quando concurrit voluntas contrahentium tunc enim ſemper intrat ſuppletio rata deficientis.*

7 *Et ſupplenda eſt nedum ſors, ſed etiam illius fructus loco damnorum, & intereſſe.*

8 *Accollans in ſe onus ſoluendi debita alicuius, quate-*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*nus ad ea adſtringatur, vel ſubſtinendi litem, ſe-*
*quutis ſententiis fauore creditorum ſtatim commiſ-*
*ſa dicitur ſtipulatio.*
9 *Cenſus ſi fuit aſſignatus liber, non dicitur talis ſi de-*
*tegitur oneri multiplici obnoxius, nam multipli-*
*cum repugnat libertati, & exemptioni cenſus.*
10 *Liberatio alicuius rei promiſſa à creditorum mole-*
*ſtiis ex quibus adimpleta dicatur à promiſſore? &*
*num. 11.*
12 *Oblatio etiam verbalis, creditore recuſante recipere*
*operatur effectum veræ ſatisfactionis.*
13 *Venditor durum eſt, quod retineat rem, & pretium.*

## DECISIO CXXII.

DOmini de Caietanis, vt ſatisfacerent eorum ob-
ligationi erga D. Fabium à Cornea, & Domi-
nam Magdalenam coniuges de liberando cenſum
Dominorum de Peruſchis dictis coniugibus aſſigna-
tum ab omni jure, quod deſuper haberet Petrus Ra-
pacciolus, obtinuerunt à D. Carolo aliiſque Petri fi-
liis puram ſimplicemque liberationem, ac renuncia-
tionem ampliſſimis verbis conceptam omnibus juri-
bus quomodocumque competentibus, & quæ com-
petere poſſent, idque ad effectum de quo agebatur in
deciſione huius cauſæ edita 9. Maij 1642. coram me,
hoc eſt vt Caietani dictæ obligationi ſatisfeciſſe di-
cerentur, prout verè ſatisfactum fuit, cum liberatio
1 cenſus † vberrimè ſequatur ex renunciatione eorum,
qui jura ſuper illo prætendere potuiſſent, *l. ſicut §. ſed*
*ſi permiſerit ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. l. credi-*
*tricem Cod. remiſſ. pign. Berou. conſ. 57. n. 36. lib. 3. Neguz.*
*d. pign. 3. mem. 6. part. n. 20. & 22. Mantic. de tacitis lib.*
*11. tit. 31. n. 36. & 64.*

Nec facit, quod in dicta renunciatione adſit clau-
ſula præſeruatiua, ibi, *ſenz' alteratione, & innouatione*
*di quanto è ſeguito fin hora nel reſto, mà rimanendo il*
*tutto fermo, & inuiolabile,* quia cum in corpore habea-
mus explicatam renunciationem, & liberationem à
juribus, quæ potuiſſent obſtare Domino Fabio, vel
efficere, quod Domini de Caietanis non adimple-
uiſſent obligationem deliberando, prout iuxtà for-
mam dictæ deciſionis coram me teneri declaratum
2 fuerat. † ea præſeruatiua intelligenda eſt de aliis juri-
bus competentibus renuncianti contra Caietanos,
non ſuper cenſu, ſed ſuper aliis preter expreſsè renun-
ciata, *Oldrad. conſ. 330. in fin. Pariſ. conſ. 70. num. 12. li-*
*bro 1. Gabr. conſ. 151. num. 30. lib. 1. conſ. 183. numero 21. li-*
*bro 2. Honded. conſ. 86. nu. 47. lib. 2. Gratian. diſcept. 867.*
*num. 19.*

Ideò Rota recedendo à dicta deciſione cenſuit
non remanere aliquid implendum per Caietanos cir-
ca huiuſmodi liberationem cenſus de Peruſchis. Nec
obſtat, quod hodie liberatio facta à Rapacciolis ſit
inutilis, eo quod iam ab eorum manibus cenſum
euicerunt creditores Proſperi. Licet enim hoc fue-
rit ſuppoſitum *in deciſ. 601. par. 5. recent.* non tamen
juſtificatur, quod Rapaccioli alioquin amiſerint cen-
3 ſus dominium, † aut poſſeſſionem, quorum aut alte-
rius eorum amiſſio probanda eſſet, vt conſtaret de
euictione, *l. Emptorem §. idem Eratius l. datio in prin-*
*cip. ff. act. empt. Bart. in l. 3. nu. 1. ff. eod. Berou. conſ. 158. nu-*
*mero 34. lib. 1. Cephal. conſ. 168. n. 5. Buratt. dec. 240. n. 10.*
*& ſeqq.*

Minùs obſtat, quod ob moram Caietanorum in ob-
tinenda à Rapacciolis dicta liberatione, deteriora
reddita fuerint jura cenſus, eo quod per lapſum 30.
annorum fuit præſcriptus regreſſus ad fructus Caſalis
Capicorræ, quem Proſper quando pro fructibus
huius cenſus immiſſionem obtinuit in poſſeſſionem
quarumdam domorum, ſibi reſeruauerat in caſum,
quod eædem domus euincerentur, prout fuerunt eui-
ctæ. Nam iura Rapaccioli non impediebant, quo
minus Fabius, qui ſemper cenſum poſſedit vti poſſet
præfato regreſſu ad fructus Caſalis, & proinde ſibi
imputet, ſi vſus non fuit. Vel in omnem euentum cum
Proſper deceſſerit ante completam præſcriptionem,
ea adhuc euitari poteſt mediante reſtitutione in inte-
4 grum, † quæ datur hæredibus ex capite probabilis
ignorantiæ, *Rot. dec. 257. nu. 2. & 3. deciſ. 259. num. 6. poſt*
*tract. Pacif. de Salu. Interd.*

Quia tamen informantes pro Dominis coniugi-
bus à Cornea alia plura deducebant, in quibus im-
plementum Dominorum de Caietanis deſiderabatur,
ſingulis reſpondendo fuit deciſum Caietanos teneri.
Primò ſupplere in dicto cenſu de Peruſchis ſcu. 430.
ſiquidem aſſignarunt cenſum pro ſcutis 3700. & ho-
die detectum fuit non excedere ſcut. 3270. & ſic deſunt
5 dicta ſcuta 430. † quæ dubium non eſt, quin veniant
ſupplenda, *iuxt. text. in l. ſi quis fundum l. ſi venditor*
*l. ſi duorum ff. act. empt. l. qui fundum §. qui agrum ff. con-*
*trah. empt. Corn. conſ. 59. n. 1. lib. 4. Ciriac. controu. 59. nu-*
*mero 7. & ſeqq.* Neque hic applicatur diſtinctio inter
aſſignationem factam ad corpus, vel ad menſuram,
quia cenſus fuit aſſignatus in ſolutum pro certa quan-
titate ſcutorum 3700. in computum ſcutorum 29700.
& niſi integer præſtetur defectiua eſſet ſolutio ſcut.
29700. quæ partes integrè ſolui voluerunt, ſtante
6 enim voluntate partium ſemper intrat † ſuppletio ra-
tæ deficientis, *Caſtr. in l. ſi ſeruum §. ſi modus ſub n. 2. ff.*
*act. empt. Cagnol. in l. 2. num. 186. Cod. reſcind. vend. La-*
*derch. conſ. 130 ſub nu. 2. Gabr. conſ. 64. nu. 6. & 20. lib. 2.*
*Surd. deciſ. 64. n. 28.*

7 Sicuti enim ſupplenda eſt ſors cenſus, † & fructus,
cum enim ob defectum ſortis Fabius ſit in damno,
etiam quoad fructus, quos pro rata deficienti perce-
piſſet, ſi cenſus fuiſſet quantitatis conuentæ, illos
propterea Caietani ſoluere debent loco damnorum,
& intereſſe *Rota coram bon. mem. Caual. deciſ. 210. nu. 1.*
*deciſ. 449. n. 14. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. & in Bo-*
*nonien. Cenſus 1. Februarij 1627. coram bon. mem. Piro-*
*vano.*

Secundò tenentur Caietani liberare tam dictum
cenſum de Peruſchis, quam alium debitum à Domi-
nis de Vrſinis, quem pariter aſſignarunt Fabio pro
ſcut. 12000. à moleſtiis illatis per creditores Proſpe-
ri, qui obtinuerunt plura mandata executiua, cum
hoc diſertis Caietani promiſerint in tranſactione ini-
ta cum Fabio, in qua licet declarauerint ſe nolle te-
neri ad debita Proſperi, niſi quatenus ad illa obligati
8 ſint, nihilominus accollarunt in ſe onus, † vel illa ſol-
uendi ſi ad id adſtricti fuerint, vel ſuſtinendi litem
contra eoſdem creditores, itaut partitæ aſſignatæ Fa-
bio, & coniugi in ſumma ſcutorum 29700. *reſtino*
*eſenti da ogni, e qualunque peſo e grauezza di debiti*
*laſciati da detto Proſpero*, & commiſſa fuit huiuſmo-
di ſtipulatio propter ſententias, & mandata relaxata
ad fauorem creditorum Proſperi, *l. qui rem l. qui non*
*iniuria, l. ſi ſtatus l. empti actio Cod. euict. l. vtique ff. rei*
*gloſſ. in l. & qui natura, §. qui me abſente verb. committat*
*ff. neg. geſt. Peregr. conſ. 93. nu. 5. lib. 5. Rot. coram ſa. me.*
*Greg. XV. deciſ. 25. n. 1.*

Tertiò liberare debent eumdem cenſum ſcutorum
9 12000. debitum ab Vrſinis ab onere multiplici, †
quia multiplicum repugnat libertati, & exemptioni
cenſus, vt ſupra promiſſæ, *Oldrad. conſ. 234. nu. 2. Surd.*
*conſ. 143. num. 24. & deciſ. 253. num. 8. in fin. Oſaſch. de-*
*ciſ. 24. nmero 6.* Gratis verò petitur quod idem cenſus
de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de Vrſinis liberetur à vinculo euictionis, quia Caietanos ad id non teneri fuit deciſum ſub die 27. Februarij 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano.

Cæterum his omnibus adimplendis Caietani ſe paratos obtulerunt ex pretio ipſius Caſtri Gurgæ eis reſtituendi, & adhuc à Fabio retenti, vt nempè quoad ſummam deficientem in cenſu de Peruſehis vna cum fructibus decurſis, Fabio ſoluantur totidem pecuniæ inueſtitæ in locis montium.

Quoad ſummam pro qua relaxata fuerunt mandata ad inſtantiam creditorum Proſperi, conſentiunt Caietani, quod Rota eiſdem creditoribus ſatisfieri mandet ex locis montium emendis cum dicto pretio Rocchæ Gurgæ quæ creditores recipere tenentur vigore chirographi Sanctiſſimi, itaut eadem loca montium ſtent hypothecata ad fauorem Fabii, cui ſic
10 redditur ſecuritas promiſſa † à creditorum moleſtiis, quatenus illi loca montium recipere recuſent, *gloſſ. in l. ſi pater 2. verb. liberentur. C. collat. Bald. ibid. num. 3. in fin & num. 4. & in l. ex his prediis nu. 4. in fin. verſ. vnde ſi bona Cod. euict. Salic. in l. 2. ſub n. 3. verſ. ſed pone quod Cod. ſent. quæ ſi 1. cert. quantit. Alex. conſ. 65. ſub num. 5. lib. 5. Peregr. conſ. 93. num. 8. in fin. lib. 5. Ciriac. contr. 372.*
11 *n. 63. Gratian. deciſ. Marchiæ 54 num. 30.* vel credita † non eſſent liquida, ac pura *Peregr. dicto conſ. 93. num. 6. Ciriac. contr. 373. num. 25. facit text. in l. ſi poſt Cod. euict. Rot. coram ſa. mem. Greg. XV. deciſ. 295. n. 1.*

Cenſus ſcutorum 12000. DD. de Vrſinis retrocedatur Caietanis, qui è conuerſo eandem ſummam ſoluent Fabio ex dicto precio in locis montium inueſtiro, & quæ nullum aliud habent vinculum, quam euictionis, quod Fabius effugere non poteſt *iuxta dictam deciſionem coram Domino meo Conſtantinopolitano.* Et vlterius quia exaduerſo exhibetur quædam deliberatio fructuum cenſus de Peruſchis pro rata ſcutorum 200. ſoluantur Fabio alia ſcut. 200. in montibus inueſtita, ſe aduertendo, quod gratis dicitur dictum pretium ex vltimo chirographo Sanctiſſimi, dum Caſtrum venditum fuit D. Marchioni Ginetto, ſubiectum fuiſſe nouis vinculis, cum imò ſolum ſubiaceat oneri euictionis ad fauorem emptoris, & idem cenſus de Vrſinis erat ſubiectus ſimili vinculo, cui Fabium acquieſcere debere fuit, *vt ſupra deciſum coram D. meo Conſtantinopolitano*, nec obſtat quod cenſus, ſtet pro euictione Caſtri Normæ, dictum verò precium pro euictione Caſtri Rocchæ Gurgæ, quia enim vtrumque Caſtrum prouenit à Proſpero idem eſt vtriuſque periculum.

Ex quibus dixerunt Domini Caietanos adimpleuiſſe omnia promiſſa, ſiue Domini coniuges à Cor-
12 nea oblata acceptent, † ſiue non quia etiam oblatio verbalis creditore recuſante recipere operatur effectum veræ ſatisfactionis, *l. ſi fundus ff. reſcind. vend. l. reſiduum Cod. pign. Alex. in l. ſi mora in 5. fall. ff. ſolut. mat. Ruin. conſ. 113. num. 1. lib. 1. Berou. conſ. 196. num. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 207. num. 6. Surd. conſ. 331. nu. 39. Capic. dec. 19. num. 2.* & durum videtur, quod dicti coniuges reti-
13 nere velint rem, & pretium contra æquitatem *l. curabit ff. act. empt.*

Non obſtant, quæ allegantur de ære alieno Proſperi ſoluto à Fabio, quia ſunt alterius indaginis, & in tranſactione fuit ſpecialiter conuentum, quod poſtea fiat bilancium, & arbitrorum ad id electorum iudicio definiantur.

Et ita deciſum vtraque parte iterum atque iterum acerrimè informante.



## ROMANA EXPENSARVM.

*Mercurij 29. Aprilis 1643.*

### ARGVMENTVM.

Expenſæ litis debitæ ratione victoriæ peti non poſſunt, niſi in ea quantitate, quas verè victor fecit, nec ſub ſimplici contemnatione ad expenſas ratione victoriæ habenda eſt ratio damnorum, quæ victor paſſus fuiſſet. Et quæ nam requirantur, vt victori etiam damna debeantur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio datur ab exceſſiua taxatione expenſarum.*
2 *Expenſæ litis vbi debentur ratione victoriæ peti nequeunt à victore, niſi in ea quantitate, quas verè erogauit.*
3 *Iam neque habenda ſit ratio damnorum, quæ victor paſſus fuiſſet, quando agitur de ſimplici condemnatione ad expenſas ratione victoriæ.*
4 *Quicquid dicendum ſit de damnis circa perſonam.*
5 *Damna etiam in caſibus, quibus reficienda ſunt probari debent.*
6 *Damna vt victori debeantur probari debet, quod ipſe ob pecunias in actis iudiciarijs erogatas acceperit ſub vſuris, & aliunde parare non potuit.*
7 *Item probari debet, quod ob moram victi in reficiendo pecunias expenſas victor non potuit extinguere proprium æs alienum ſub vſuris debitum, aut quod amiſerit certam occaſionem lucrandi.*
8 *Damnum emergens ſiue lucrum ceſſans, vt debeatur concurrere debent requiſita,* Pauli de Caſtr. in l. 3. §. vltim. ff. eo quod cert. loc. *nec ſufficit mora debitoris in ſoluendo.*
9 *Vſura eſt, quicquid vltra verè impenſum à victore in actis iudiciariis exigitur.*
10 *Condemnatio in expenſis intelligitur de iuſtis, & moderatis.*
11 *Expenſæ victoriæ debentur officio Iudicis.*
12 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
13 *Acceptatio exceſſiuæ taxationis expenſarum, vt inducta dicatur requiritur, quod acceptans habuerit ſpecificam ſcientiam exceſſus, alias enim ſemper credere potuit tantum fuiſſe ab actore expenſum.*
14 *Clauſula ſine præiudicio excludit conſenſum, ac præſeruat Iura impugnandi, ac alia quæcunque competentia deducendi.*

### DECISIO CXXIII.

DOmini de Taurinis condemnati ad refectionem expenſarum litis in qua ſuccubuerant, ac earum liſta de more compoſita quamuis apparerent à victore expenſa tantum ſcut. 132. & bai. 33. monetæ, nihilominus emanauit decretum pro ducatis 133. auri de Camera; A quo propterea interpoſita appellatione
1 vt poteſt ab exceſſiua taxatione expenſarum, *l. ab executione, vbi notant omnes Cod. quor. appellat. non recip. Iaſ. in l. properandum §. ſin autem alterutra ſub nu. 25. Cod. Iudic. Bald. conſ. 119. num. 6. verſ. niſi lib. 2. Roman. conſ. 357. in fin. verſ. illud autem.*

Dubitaui ad quam ſummam ſunt taxandæ expenſæ, & reſolutum fuit eſſe reducendas ad ſcuta 132. bai. 33. monetæ, nam totidem victor expendit, nec vbi
2 expenſæ debentur ratione victoriæ † peti poſſunt, niſi quas verè victor fecit, vt per *Aſin. in prax. §. 32. cap. 6. ſub num. 1.* ibi, *quas expenſas fecerit ex text. in auth. poſt*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iusjurandum Cod. Iudic. itaut neque habenda ſit ratio
3 damnorum † quæ victor paſſus fuiſſet, quando agitur
de ſimplici condemnatione ad expenſas ratione vi-
4 ctoriæ, quicquid dicendum ſit de damnis circa per-
ſonam, Iaſ. in l. properandum §. ſin autem alterutra n. 13.
verſ. ſed nota diligenter Cod. iudic. Aſin. in prax. §. 32. cap.
3. n. 13. Grat. diſc. 833. n. 26. Surd. dec. 261. n. 1. & ſeqq.

Eo minus in caſu noſtro, quo de damnis non con-
5 ſtat, prout conſtare debet † etiam in caſibus quibus
reficienda ſunt, Bart. conſ. 168. numero 1. lib. 1. Grat.
conſ. 10. numero 7. & 12. lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 815. nu.
18. Gratian. diſcept. 67. num. 21. diſcept. 772. num. 21. Ma-
ſtrill. deciſ. 60. num. 4. & ſeqq. Non enim probatum
fuit, quod ob pecunias in actis iudiciariis erogatas
6 † victor acceperit ſub vſuris, & aliunde parare non
potuerit, vt requiritur Bald. in l. etiam ſub numero 5.
in fin. verſ. & modo dubitatur Cod. execut. rei iudic. Lup.
in cap. per veſtras not. 6. §. 6. infertur colum. penult. verſ.
prædicta tamen intellige de donat. inter vir. & vxor. cum
aliis allegat. per Grat. diſcept. 67. nu. 17. & ſeqq. diſcept.
829. num. 7. & 10.

Siue quod ob moram victi in reficiendo pecu-
7 nias expenſas victor † non potuerit extinguere pro-
prium æs alienum debitum ſub vſuris, aut quod ami-
ſerit certam occaſionem lucrandi, & vno verbo re-
quiſita Paul. de Caſtr. in l. 3. §. vltim. ff. de eo quod cert.
8 loc. ſine quibus non ſufficit mora debitoris † in ſol-
uendo, vt damnum emergens ſiue lucrum ceſſans de-
beatur, Lup. Meno. & alij relati per Gratian. diſcept.
829. n. 12.

Adeò quod tam ex eo, quod ſententia condemnat
ſolum ad expenſas ratione victoriæ, quam ob defe-
ctum probationum requiſitarum non rectè taxatæ
fuerint in ducatis auri 132. dum fuerunt expenſa ſcu-
9 ta monetæ, vltra quæ † quicquid additur vſura eſt,
iuxta text. in cap. ſalubriter de vſur. Couar. var. reſol.
lib. 3. cap. 1. num. 3. verſ. 6. hinc etiam, Honded. conſil. 36.
num. 3. & 32. lib. 2. Rot. deciſ. 130. num. 1. par. 5. recent. Et
10 condemnatio in expenſis † intelligitur de iuſtis, &
moderatis, Iaſ. in l. ſed etſi quis §. quæſitum num. 37. ff. ſi
quis caution. Alex. conſ. 76. num. 17. lib. 4. Aſin. in prax.
11 §. 32. cap. 3. num. 3. & ſeqq. præſertim quia † expenſæ ra-
tione victoriæ debetur officio Iudicis Aſin. d. §. cap. 3.
numero 3.

Stante autem notoria iniuſtitia, & exceſſu decreti
taxationis expenſarum non obſtat lapſus longi tem-
12 poris, † quia ſententia iniuſta numquam in iudicatum
tranſit Guid. Pap. deciſ. 215. ſub num. 9. verſ. an ſententia,
& deciſ. 368. numero 1. Put. deciſ. 407. lib. 1. Caſ. de Graſſ.
deciſ. 10. numero 12. & ſeqq. de re Iud. Rot. coram ſan. me-
mor. Greg. XV. deciſ. 1. & ibi adden. num. 7. deciſ. 264. nu-
mero 4.

Minus obſtat, quod Taurini videantur decretum
acceptaſſe, eo quod ſummam ibi contentam conſen-
ſerunt poni ad creditum Zecchadori in calculo Mar-
telli, tum quia ad hunc effectum probandum vltrò
eſſet, quod habuerit certam, & ſpecificam ſcientiam
13 † exceſſus dicti decreti, cum alias credere potuerint
tantum fuiſſe re vera ab actore expenſum Natt. conſ.
162. n. 33. Decian. conſ. 5. nu. 26. lib. 5. Alex. conſ. 114. nu. 4.
lib. 1. Rot. dec. 280. n. 9. part. 1. rec.

Tum etiam quia dicta partita fuit appoſita in cal-
14 culo cum clauſula ſine præiudicio, † quæ excludit con-
ſenſum, quatenus præiudicium afferat, & præſeruat
jura impugnandi, ac alia quæcumque competentia
Sarnen. in reg. de Iure quæſit. quæſt. 1. n. 41. Caputaq. deci.
219. par. 1. Put. deciſ. 115. nu. 1. lib. 2. Rot. deciſ. 409. num. 3.
part. 1. recent.

Et ita deciſum vtraque, &c.

## SIGNINA SALVIANI.

*Lunæ 24. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Poſſeſſio alicuius prædii, quod fuerit acquiſita in totum, & non in parte ex quibus probetur? Cenſus non dicitur extinctus per liberationem fundi cenſiti limitate quoad vnum debitorem cum expreſſa reſeruatione Iurium, quoad alios obligatos, & late in hac deciſione diſcutitur materia remiſſionis hypothecæ.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur per teſtes deponentes nedum in genere, ſed in ſpecie ſuper cultura, & fructuum perceptione.*

2 *Poſſeſſio totius prædij probatur à teſtibus ſpecificantibus locum, in quo prædium ſitum eſt, menſuram, & confinia.*

3 *Indefinita in teſtibus, reſtricta ad certum locum æquipollent vniuerſali.*

4 Surd. deciſ. 263. n. 11. declaratur.

5 *Teſtes indefinitè deponentes ſuper poſſeſſione alicuius prædij intelligi debent de poſſeſſione totius prædij.*

6 *Poſſeſſio Iure familiaritatis præſumitur inter conſanguineos inſimul cohabitantes, non autem extraneos.*

7 *Poſſeſſio debitoris in Iudicio Saluiani ſat eſt, quod probata remaneat tempore contractæ hypothecæ, vel poſtea.*

8 *A poſſeſſione de præterito non infertur in futurum, quando concurrit probatio, vel aliqua conſiderabilis coniectura in contrarium.*

9 *Confeſſio hæredis debitoris non probat in præiudicium creditorum eiuſdem debitoris.*

10 *Confeſſio adminiculata debitoris nocet creditori.*

11 *Fallit, quando concurrit nedum præſumptio, ſed probatio in contrarium, quæ confeſſionem deſtruit.*

12 *Præſumptio vna aliam tollit, & offuſcat.*

13 *Poſſeſſio totius prædij ſi fuit probata per teſtes, talis probatio non infringitur ex enunciatiua Inſtrumenti de poſſeſſione partis, nam alia pars potuit curſu temporis à poſſeſſore acquiri.*

14 *Dominium de præſenti, ſeu de futuro non dicitur probatum ex dominio de præterito ad effectum rètardandi immiſſionem in Saluiano.*

15 *Identitas probanda eſt ex aliqua ſpeciali demonſtratione.*

16 *Dominia, & confinia ex interuallo mutantur.*

17 *Exceſſus ſententiæ non præſumitur, ſed plenè & concludenter probandus eſt.*

18 *Præſertim ſi de tali exceſſu numquam fuit oppoſitum durante lite ſpatio plurium annorum.*

19 *Cenſus remanet extinctus per liberationem fundi cenſiti ſimplicem, & abſolutam, ſecus vero ſi fuit concepta limitate, quoad vnum debitorem cum expreſſa reſeruatione Iurium quoad alios obligatos.*

20 *Hypotheca cenſetur remiſſa quoad omnes obligatos ſi fuit à creditore ſimpliciter, & abſolutè conſenſus præſtitus, ſecus verò ſi emanauit contemplatione certæ perſonæ.*

21 *Nulla habita differentia inter conſenſum maſculi, & fœminæ.*

22 *Et hanc diſtinctionem ſequitur Neguſan. recedens ſolum ab opinione ſaliceti circa diſtinctionem inter maſculum,*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*maſculum, & fœminam in caſu, quo fœmina Iuri hypotheca generaliter renunciauit.*

23 *Et hæc opinio eſt verior, & magis tuta.*

24 *Hypotheca dotalis per conſenſum fauore vnius, quod non cenſeatur remiſſa quoad alios, ſpeciale eſt in fœmina.*

25 *Et idem Iudicium eſt maſculi, & fœminæ, quando maſculus limitatè conſenſit cum reſeruatione hypothecæ quoad alios.*

26 *Actus voluntarij non extenduntur vltra voluntatem agentis.*

27 *Cenſus per liberationem fundi cenſiti quoad vnum cum reſeruatione Iurium quoad alios non dicitur, quoad illos extinctus.*

28 *Verba,* in niun conto, *liberationem non inducunt.*

29 *Exceptio debet intelligi in eiſdem terminis, in quibus loquitur regula.*

30 *Fundus cenſitus per liberationem limitatam reſpectu vnius adhuc remanet obnoxius quoad alios coobligatos, quicquid dicendum eſſet ſi ſimpliciter fuiſſent præſeruata Iura crediti cenſus.*

31 *Vel ſi Princeps transferendo hypothecas de fundo ad fundum mandaſſet, quod recuſantibus creditoribus recipere ſortem, fructus amplius non concurrerent.*

32 *Cenſus ab initio impoſitus ſuper fundo de alieno conſenſu Domini, ſubſiſtit etiam in futurum non obſtante illius liberatione quoad certum effectum.*

33 *Diſdicta cenſus non effectuata per actum retroſimilem non eſt attendenda.*

34 *Nec ſufficit effectuatio diſdictæ quoad partem ad effectum, vt pareat extinctionem totius cenſus, vbi partes totum extinguere voluerunt.*

## DECISIO CXXIV.

OBtinuit Caſandra de Vindictis tanquam creditrix q. Sulpitij Papij immiſſionem ex vtili Salniano interdicto in poſſeſſionem quorumdam bonorum olim à Sulpitio, nunc à Lauris poſſeſſorum, & nominatim petij Terræ in Vocabulo il Pantanello per ſententiam latam à R. P. D. meo Carillo Iudice deputato ab A. C. quam hodie in gradu appellationis Rota confirmandam cenſuit ex rationibus benè deductis in pluribus deciſionibus coram D. meo Carillo.

Et quoniam in hodierna propoſitione informantes pro Lauris negabant mordicus poſſeſſionem Sulpitii in toto petio Terræ del Pantanello, ad quod conceſſa fuit immiſſio, & cenſum pro cuius fructibus agitur prætendebant extinctum, ideò ſtrictè ad
vtrumque reſpondendo dictum fuit primum probari
1 per duos teſtes conteſtes deponentes, † ne dum generice, quod Sulpitius poſſedit ab anno 1596. vſque ad mortem, ſecutam de anno 1603. ſed in ſpecie, quod terras colifecit, & fructus percepit, quæ ſunt argumenta veræ poſſeſſionis *l. titia ff. ſolut. mat. l. 2. C. acq. poſſeſſ. Bald. in l. indicia n. 6. Cod. rei vendic. Pariſ. conſ. 5. num. 21. lib. 4. Hond. conſ. 20. n. 10. & 11. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 226. n. 9.*

2 Cumque teſtes ſpecificent locum, † in quo terrenum poſitum eſt, illiuſque menſuram, & confinia
probant poſſeſſionem totius terreni, quia in teſtibus
3 indefinita † reſtricta ad certum locum æquipollet
vniuerſali *Socc. in l. ſi quis totum nu. 4. ff. excep. rei iud. Aret. conſ. 103. n. 3. verſ. circa ſecundum Dec. conſ. 146. ſub n. 13. verſ. 2. hoc deducitur Cæſ. de Graſſ. deciſ. 8. num. 4. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Rot. deciſ. 430. n. 28. & 29. par. 5. rece. & in Nucerina Prædij 29. Maij 1622. coram Nauarro*
4 quicquid ſit regulariter † in quibus terminis loquuntur *Surd. deciſ. 263. num. 11. & alij exaduerſo allegati;* eo magis quia teſtes interrogati an ſcirent, quod Sulpitius poſſedit communiter cum Ambroſio eius affini, reſponderunt neſcire talem communionem; ab hąc enim interrogatione ordinata ad limitandam poſſeſſionem Sulpitij declaratur, quod teſtes dum poſitiuè,
5 & certitudinaliter † depoſuerunt de poſſeſſione Sulpitij intellexerunt de toto terreno *iuxta theoricam Felin. in cap. auditis ſub n. 24. circa fin. verſ. quod autem dictum de præſcript. Alex. conſ. 88. n. 26. lib. 5. Dec. conſ. 100. ſub n. 10. verſ. ſed ad hoc Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 194. n. 2. & 3.*

Nec huiuſmodi poſſeſſio pro rata terreni, quæ exaduerſo dicitur pertinere ad Portiam Ambroſij vxorem præſumi poteſt iure familiaritatis, quia vltra quod negatur aſſerta pertinentia, ea præſum-
6 ptio cadit † quidem inter conſanguineos cohabitantes non tamen inter extraneos, qui ſemper ſeparatim habitarunt prout Sulpitius, & Portia *Alex. conſ. 6. numero 15. ad med. verſ. ſed nos non ſumus libro tertio Ruin. conſ. 44. nu. 10. verſ. nec obſtare lib. 4. Grat. diſcept. 450. num. 35. & ſeqq. Rot. in Ariminen. bonorum 4. Iunij 1635. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Hieronymo Veroſpio.*

Non obſtat, quod in loco del Pantanello de anno 1558. tutrix Portiæ, & Hieronymæ emerit rubra duodecim terreni, & de anno 1566. dicti terreni rubra ſeptem dederit in dotem eiſdem filiabus, nempè rubra tria cum dimidio Ambroſio viro Portiæ, ac totidem Sulpitio viro Hieronymæ, quia portio Hieronymæ, ad quam reſtituendam ſoluto matrimonio per obitum Sulpitij eius hæredes tenebantur detracta fuit in ſententia. Quo verò ad aliam portionem Ambroſii ſeſponſum fuit immiſſionem fuiſſe conceſſam ad terras poſſeſſas à Sulpitio, cuius poſſeſſionem
7 in hoc iudicio ſatis eſt † probaſſe de tempore contractæ hypothecæ, vel poſtea *Bart. in l. 1. num. 3. ff. de ſal. interd. Alex. conſ. 185. num. 4. lib. 6. Roland. conſ. 14. n. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 294. nu. 3. par. 1. recent.* prout in toto terreno del Pantanello probauit Caſandra per teſtes per quos excluditur quatenus opus ſit præſumptio continuationis poſſeſſionis penès illos, qui de anno 1566. poſſidebant, quia à poſſeſſione de præterito non
8 infertur in futurum, quando datur probatio, imò & conſiderabilis aliqua coniectura in contrarium. *Rip. in l. rem quæ à nobis n. 59. ff. acq. poſſ. Menoc. præſump. 63. n. 196. & præſum. 64. n. 45. lib. 6. Rot. dec. 100. nu. 11. par. 7. recent. & in Roſſanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. coram me.*

Et quatenus replicatur, quod defuncta Hieronyma, cui Portia ſoror ſucceſſit hæredes Sulpitij in inſtrumento reſtitutionis dotis Hieronymæ faſſi fuerunt, quod tempore mortis Sulpitij terræ, vt ſupra in dotem datæ poſſidebantur pro indiuiſo à Portia, & Hieronyma ſiue Ambroſio, & Sulpitio maritis, reſpon-
9 detur hanc confeſſionem non probare in † præiudicium creditorum Sulpitij *Cyn. in l. vbi adhuc num. 19. Cod. Iur. dot. Caſtr. in l. Seia mancipia numero 5. ff. Ad Vell. Soccin. conſ. 78. num. 2. lib. 4. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 9. & ſeq. Surd. deciſ. 256. num. 4. & ſeqq. Burat. deciſ. 9. num. 1.*

Non obſtantibus adminiculis deductis ex enunciatiuis inſtrumentorum inter alios celebratorum, in quibus pro vno, & eodem confine enunciantur terræ Portiæ, & Hieronymæ, nec non ex ipſo inſtrumento dotis anni 1566. in quo vtrique ſorori dantur coniunctim rubra ſeptem terreni al Pantanello.

Quia confeſſio adminiculata debitoris poteſt no-
10 cere Caſandræ creditrici *ad tradit. per Surd. deciſ. 135.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

11 *num.4. & 5.* niſi concurreret contraria † nedum præ-
ſumptio, ſed probatio per teſtes, qui deponunt, vt
ſupra de poſſeſſione ſolius Sulpitij donec vixit *Adria.*
*Neguz. reſponſ.46.num.6. relatus a modern. Neapol. de*
*credit.cap.4. queſt.11. num.1815. facit Gregor. XV. de-*
12 *ciſ. 407. num. 5.* nam vna præſumptio † aliam tollit,
vel offuſcat *l.dinu ff.in integ.reſtit. Neniz. conſ.68.nu.*
*34. Surd. conſ.132. ſub num. 66.* & enunciatiuis præua-
13 lent teſtes contra † quos vrget inſtrumentum dotale
anni 1566. quia ſpatio triginta annorum decurſo
vſque ad annum 1596. potuit etiam pars Portiæ ac-
quiri Sulpitio *Corn.conſ.24.numero ſexto & ſeqq.lib.4.*
*Rot.coram Reuerendiſſimo Vrgellen.deciſ.337. ſub nu.42.*
*verſ.2. quia, & in ferrarien. ſpolij 25.Iunij 1635. coram*
*bon. mem. Merlin,* & hæc poſſibilitas juncta præſer-
tim poſſeſſione Sulpitij efficit, vt ex dominio de præ-
14 terito † non dicatur probatum dominium Portiæ de
futuro ad effectum retardandi immiſſionem Caſan-
dræ creditricis Sulpitij, vt in terminis *Rot. deciſ. 55.*
*numero 5. apud Pacif. de Salu. interd. confirmata coram*
*bon.mem.Card.Caual. deeſ.1399. num.4. verſ. placebat*
*etiam.*

Eoque minus vrget inſtrumentum dotale, ſeu
confeſſio hæredum Sulpitij emiſſa in inſtrumento
reſtitutionis dotis, quia non conſtat terras ibi con-
tentas eſſe eaſdem de quibus deponunt teſtes, quaſque
petit Caſandra, loquuntur enim dicta inſtrumenta
genericè de terris in contrata Pantanello, quæ latè ſe
habet ad terras diuerſarum perſonarum, & pro con-
fine aſſignant foueum, cum quo ob eius longitudi-
nem plurimæ terræ dictæ contratæ confinant;
adeoque deſideratur aliqua ſpecialis demonſtratio,
15 † quæ ad probandam identitatem requiritur *Bart. in*
*l. demonſtratio num.15. in fin. ff. cond. & demonſt. Bald.*
*in l. hac conſultiſſima num.5. in fin. Cod. qui teſt. facer.*
*poſſ.Corn.conſ.11. num.14. verſ. ſecus videtur lib. 1. Rot.*
*deciſ.295.numero 9.part.1. deciſ.96.numero 3. & 4. par.*
*7.recent.*

Nec ſuffragatur, quod terræ Portiæ eſſent conti-
guæ terris Hieronymæ exceptuatis in ſententia, quod-
que confines ſint terris authorum Cleti, quem pro
confine aſſignat petitio Caſandræ, quia hoc ſecun-
dum gratis dicitur, cum nullibi probetur authores
Cleti confinaſſe cum terris dictarum ſororum, quo-
rum confinia in præcitatis inſtrumentis generica ſo-
lum ſunt, vt ſupra dicebam. Aliud verò contiguita-
tis cum terris Hieronymæ non concludit, quia con-
tiguæ eſſe potuerunt ab alio latere, & ſic extra fines
deſcriptos in ſententia, quæ præterea non dicit ter-
ras Portiæ eſſe contiguas, ſed ſimpliciter excipit ter-
ras Hieronymæ neque contiguitas deſumi poteſt ab
antiquis inſtrumentis, quia vt ſupra dictum potue-
16 runt tanto temporis interuallo mutari dominia, † &
confinia *Rot.deciſ.88. num.16. par.7. rec.* & ipſa pars
aduerſa in proteſtationibus agnouit ſulpitium Hie-
ronymæ virum vltra rubra tria cum dimidio dotalia
vxoris, alia etiam in eodem loco del Pantanello poſ-
ſediſſe, quæ extradotalia aſſeruit, ſed non probauit,
vnde remanet ſaltem æquiuoca probatio identitatis,
17 & exceſſus ſententiæ, qui tamen † plene, & conclu-
denter probandus eſt, quia non præſumitur *Seraph.*
*dec.1189.n.1. & 2.Rot.in recent.deciſ.405.n.1. par.3.dec.*
*306.num.26. & 27.par.7.* præſertim quia ſpatio 20. an-
norum quibus lis durauit, aduerſarij nuſquam alle-
18 garunt † intra eoſdem confines adeſſe portionem ad
Portiam ſpectantem, quod in terminis aduertit *Bu-*
*ratt.deciſ.96.n.3.*

Quo verò ad extinctionem cenſus, deductam ex
eo, quod erat impoſitus ſuper fundo communitatis,
& creditor liberauit penitus Communitatem eiuſ-
que bona ab omni hypotheca, animaduerterunt Do-
mini, quod huiuſmodi liberatio parere potuiſſet ex-
19 tinctionem cenſus † ſi fuiſſet ſimplex, & abſoluta,
ſecus verò, quando vt in caſu noſtro concepta fuit
limitatè quo ad vnum debitorem cum expreſſa reſer-
uatione jurium contra alios obligatos *iuxta diſtin-*
*ctionem Salyc.in l.fin.num.3.Cod.remiſſ.pign.* vbi con-
cordando *gloſſ.in l. Paulus verbo remiſiſſe ff. quib. mod.*
*pig. & hyp.ſoluat.cum Bart.in d.l.fin.* ait quod aut con-
ſenſus creditoris eſt abſolutus, & importat remiſſio-
20 nem hypothecæ quoad omnes, vt ſenſit *Bart. & pro-*
*batur in d. l. Paulus*, aut emanauit contemplatione
certæ perſonæ dumtaxat, & remanet hypotheca
21 quoad alios, vt ſenſit *gloſſ. nulla* habita differentia †
inter conſenſum maſculi, & fæminæ, eamdemque di-
22 ſtinctionem ſequitur *Neguz.de pignor.3.memb.6.part.*
*num.14.* vbi recedit ſolum ab opinione *Salyc.* circa
diſtinctionem inter maſculum & fæminam in caſu,
quo fæmina juri hypothecæ generaliter ſuo marito
renunciauit *& Neguſantium approbat Vinc.de Franc.*
*deciſ.487.numero 6. Pappon.conſ.41.num.36. & ſequent.*
23 vbi quod hæc opinio eſt verior, & magis tuta, *&*
*num.43.Ciriac.contrου.344.num.5. & 6. Surd. deciſ.165.*
*num.10. & 11.* Nec obſtat, quod ſpeciale eſt in fæmi-
24 na, vt conſentiendo fauore vnius † non remittat hy-
pothecam quoad alios *l. iubemus Cod. ad Vellei. & not.*
*Faber.in Cod.eod. tit.diffinit.15.* quia ſpecialitas in eo
tantum eſt, quod in dubio indefinitus conſenſus fæ-
minæ non egreditur perſonam, cum qua contrahitur,
maſculi verò porrigitur ad omnes, vt vbi maſculus
25 conſenſit limitatè † cum reſeruatione hypothecæ
quo ad alios idem eſt Iudicium maſculi, & fæminæ,
vt in puncto declarat *Petr.Barboſ.in l.1.part.5. nu.70.*
*verſ.vnde, & num.71. verſ. ſed ex prædictis ff. ſol. mat.*
26 quia nempè actus voluntarij † non extenduntur con-
tra voluntatem agentis, *vt in terminis remiſſionis hypo-*
*theca eſt text.in l.creditor 12.§.fin.ff.qui pot.in pign. ha-*
*beantur.*

Cum itaque creditor cenſus conſenſit liberationi
27 fundi cenſualis † particulari contemplatione Com-
munitatis, & reſeruauerit quoad Sulpitium coobli-
gatum omnia iura, manet cenſus reſpectu Sulpitii ſu-
per eodem fundo Communitatis, ac ſi illa liberata
non fuiſſet *Rot.coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.445.n.5.*
*dec.104.num 3. & trib. ſeqq. apud Cinc. de Cenſib. cum*
*aliis allegat.in deciſ. huius cauſæ 14. Martij 1639. coram*
*R.P.D. meo Carillo.*

Maximè attentis verbis ampliſſimis reſeruationis
ibi *libera affatto per la ſorte principale, e frutti decorſi,*
*e da decorrere la detta Communità, e tutti gl'altri obli-*
*gati da detto Sulpitio, e Torquato impoſti loro heredi,*
*e beni à i quali il preſente contratto non ſuffraghi in niun*
*conto anzi contra eſſi reſtino illeſe, e ſalue tutte le ragio-*
*ni di eſſo Giulio Ceſare &c.* Non enim verificaretur,
quod liberatio Sulpitio non ſuffragetur *in niun con-*
28 *to* † ſi importaret extinctionem cenſus, quia ſuffra-
garetur quoad fructus decurrendos, qui extincto
cenſu non deberentur, quos tamen creditor voluiſſe
reſeruare colligitur tum ex dd. verbis *in niun conto* tum
etiam, quia à liberatione Communitatis à fructibus
29 decurrendis excepit Sulpitium, nam exceptio eſt de
regula, ideſt debet intelligi in eiſdem terminis in qui-
bus loquitur regula *Alb. conſ. 563. num. 7. Dec.in l. 1.*
*num.25. & 26.ff.regul.iur. Rot. dec.391. numero 14. par.1.*
*recent.* ſtante igitur expreſſa voluntate creditoris à
qua metienda eſt liberatio juxta prædicta, & in-
compatibilitate, quod fundus cenſualis fuerit li-
beratus etiam quo ad Sulpitium, & fructus in futurum
decurrent,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

decurrent, dicendum omnino eſt adhuc reſpectu Sul-
pitii cenſum ſubſiſtere ſuper eodem fundo Commu-
30 nitatis, † quæ conſentiendo dictæ reſeruationi vide-
tur in neceſſarium antecedens accommodaſſe con-
ſenſum fauore creditoris, quod fundus proprius ad-
huc maneat ſubjugatus in præjudicium Sulpitii debi-
toris, quicquid dicendum eſſet ſi præſeruata ſimplici-
ter fuiſſent jura crediti cenſus, *vt in caſu deciſ.* 449.
*coram Reuerendiſſimo Vrgell.* vel ſi Princeps transfe-
31 rendo hypothecas † de fundo ad fundum mandaſſet,
quod recuſantibus creditoribus recipere ſortem fru-
ctus amplius non currerent, *vt in deciſ.125.impreſſ.poſt
ad d. Cinc. ad tract. de Cenſib.* in qua nihilominus ad-
32 mittitur, quod cenſus † ab initio impoſitus ſuper
fundo alieno de conſenſu Domini, poſſit etiam in fu-
turum ſubſiſtere non obſtante liberatione eiuſdem
fundi ad certum effectum ex *text. in l.ſi quis aliena ff.
act.empt.*

Non obſtat, quod preceſſiſſet diſdicta cenſus, quia
cum nó fuerit ſubſequuta reſtitutio ſortis, ſed ſola li-
beratio Communitatis priuatiuè quo ad Sulpitium,
33 diſdicta tanquam non effectuata † per actum retroſi-
milem non debet attendi, *vt in punct. Rot. deciſ.* 587.
*num.1.part.1.diuerſ.deciſ.278.nu.11.& 12.part.5.recent.
& in Romana cenſus 2.Decembris 1639. coram bo.mem.
Merlino confirmata 4. Februarij 1641. coram R. P. D.
meo Peutingerio,& 10.Iunij eiuſdem anni coram R.P.D.
meo Cerro*, vbi infortioribus habetur, quod effectua-
tio diſdictæ † quoad partem cenſus non infert extin-
ctionem totius vbi partes totum extinguere nolue-
runt.

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## BONONIEN. FIDEICOMMISSI. DE VIZZANIS

*Lune 4. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Damna reficienda ſunt ab attentante attentatum paſſo, etiamſi damna præter ipſius intentionem eueniſſent ratio eſt quia attentando dedit operam rei illicitæ. Damna vt debeantur, quænam requirantur?

### SVMMARIVM.

1 *Attentata ſatis ſpurgata dicuntur, ſi omnia fuerunt redacta in priſtinum ſtatum.*

2 *Attentans tenetur reficere omnia damna.*

3 *Amplia, quamuis damna præter ipſius intentionem eueniſſent, ratio eſt quia attentando dedit operam rei illicitæ.*

4 *Dans operam rei licitæ non tenetur reficere damnum contingens præter intentionem, ſecus qui dat operam rei illicitæ, & fuit in culpa obquam obligatur ad refectionem damni etiam per accidens ſaltim in foro exteriori, & nu.5.*

6 *Damna paſſa ex quibus probata dicantur.*

7 *Damna, vt debeantur, requiritur quod illa prouenerint culpa attentantis. Item quod de dictis damnis fuerit contra attentantem proteſtatum, & nu.9.*

8 *Non omne damnum ſequens ex iniuria obligat ad reſtitutionem, ſed ſolum illud, quod ita ſequitur vt per ipſam actionem iniurioſam, inferatur.*

10 *Damna non ſunt reficienda niſi à die attentationis.*

11 *Damna paſſa probanda ſunt ab allegante, alias non debent refici.*

12 *Nec ſtatur illius Iuramento, niſi poſtquam aliunde de damnis conſtiterit, & agatur ſolum de liquidatione.*

13 Lancellott. de attentat. cap.31. nu.170. *quomodo intelligendus?*

14 *Expenſæ ſuperflua reficiendæ non ſunt.*

### DECISIO CXXV.

DOmini de Vizzanis quibus obiiciebatur atten-
tatum fuiſſe ſequeſtrum fructuum ab illis pen-
dente appellatione obtentum, & executioni de man-
datum renunciarunt ſequeſtro eoſdemque fructus ſi-
ue illorum iuſtum prætium pro ea parte, quæ jam
vendita fuerat reſtitui curarunt. Verum quia adhuc
D.Bradamans, & litiſconſortes aduerſarii negabant
attentata fuiſſe integrè purgata. Propoſui hodie du-
bium, An conſtet de ſufficienti purgatione attenta-
torum, & affirmatiuè fuit reſolutum, quia nec dicta
renunciatio, nec reſtitutio fructuum negabatur per
quas iuncta infraſcripta refectione expenſarum omnia
1 † fuerunt redacta ad priſtinum ſtatum, vt ad hunc ef-
fectum requiritur *Dec.conſ.103.num.1. Caputaq. deciſ.
*.lib.2.in manuſcr. Rota deciſ.5. de reſtit. ſpoliat.in nou.
deciſ.269.num.1.par.1.recen.deciſ.356.num.4.coram bon.
me. Buratto.*

Tota autem difficultas reſtringebatur ad damna
per aduerſarios paſſa occaſione attentatorum, quæ
2 dubitari non poteſt quin ſint reficienda † ab atten-
tante *Lancell.de attent. par.3. cap.31. num.164. & ſeqq.*
4 etiam ſi præter ipſius intentionem † eueniſſent, *vt
fuit deciſum in Cuſentina beneficij, ſeu attentatorum 4.
Decembris 1637. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano,*
& ratio eſt, quia attentando dedit operam rei illicitæ,
4 & licet is qui operam dedit † rei licitæ non teneatur
reficere damnum contingens præter intentionem *cap.
fin.de iniur.& damn. datis Rota deciſ.289. nu.11. par.5.
recent.* ſecus eſt in caſu contrario, nam agens dando
5 operam rei illicitæ fuit in culpa † juridica ob quam
obligatur ad refectionem damni etiam per accidens
ſecuti, ſaltem in foro exteriori quicquid ſit in foro
conſcientiæ ante latam ſententiam juxta diſtinctio-
nem quam refert, & ſequitur *Rebell. de obligat. Iuſti-
tiæ par.1.lib.1.quæſt.19.num.19. & 20. Molin. de Iuſt. &
iur.tom.3.diſp.698.num.5. & 6. & diſp. 728.ſub num.1.
Bonacc.tom.2. tit. de reſtitutione diſput. 1. quæſt.1. punct.
3.num.11.*

Et in caſu noſtro damna deducebantur ex eo, quod
attentatum paſſi ob carentiam fructuum, vt ſupra ſe-
queſtratorum non potuerunt ſoluere æs alienum
quod ſub vſuris contraxerant, vt patet ex publicis
6 inſtrumentis per quorum exhibitionem damna † ſatis
probata dicuntur *Ruin.conſ.104.ſub nu.6.lib.4.Barboſ.
in l.2.par.1.in princ.nu.48.ff.ſol.matrimonio Caſtill.con-
trou.quotid.lib.2.cap.1.nu.78.*

Sed fuit reſponſum per ſolam exhibitionem dicto-
rum inſtrumentorum probari quidem vſuras, quas ad-
7 uerſarii patiebantur, † ſed non quod patiebantur ob
attentatum, & culpam attentantium, vt requiritur
*Leſſ.de Iuſt.& Iur.lib.2.cap.8.dubit.3.ſub nu.19.* vbi non
8 omne damnum ſequens † ex injuria obligat ad reſti-
tutionem, ſed ſolum illud, quod ita ſequitur vt per
ipſam actionem iniurioſam inferatur *Lancel. de atten.
par.3.cap.31. nu.* 177. Ideoque probandum vltro eſſet,
quod aduerſarii aliter ſe liberare ab vſuris non pote-
rant, quam mediantibus fructibus ſequeſtratis quod-
9 que de dictis vſuris † proteſtati fuerunt, contra atten-
tantes, vt reprobata ſententia *Ruin.dicto conſ.104. lib.*
4. eiuſque ſequacium dixit, *Rota coram bo.me.Coccino
deciſ.498.numer.3.deciſ.325.numer.5.inter impreſſ. penes*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*Farinac.dec.52.nu.3.par.1. recent. latè Mohed.deciſ.2. de vſuris Gratian.diſcept.829.nu.7.& ſeqq.diſcept.987. nu.10.& ſeqq. Molin.de contract.diſp.315 ſub n.4. Rebell. de oblig.Iuſtitiæ 2.parte lib.8.q.7.nu.3.Ludou.à Peguer. dec.33.n.10.Larrea dec.Granat.84.n.16.*

Nec releuat intimatio aliàs facta, quod ſolueretur dos debita Bradamanti, quia emanauit ad alium effectum, vt ſcilicet illi ab hæredibus viri interuſuria dotis deberentur, & cum præceſſerit longè ante commiſſa attentata, nil habet commune cum refectione
10 debita occaſione attentatorum,† in qua non veniunt damna, niſi à die attentationis, *Lancell. de attent. cap.31. numer.173. Rot. coram bon. mem. Coccino deciſ. 371. num.4.*

11 Igitur prætenſa refectio damnorum euaneſcit † ob non legitimam illorum probationem faciendam ab
12 allegante, cujus juramento non ſtatur, † niſi poſtquam aliundè de damno conſtiterit, & ſolum de liquidatione agatur, *Grat. conſ.10. numer.7. & 12.lib.2. Gratian.diſc.772.num.21. de communi Maſtrill.dec.60.*
13 *nu.4.& ſeqq.* & cum hac † diſtinctione intelligendus eſt, *Lancell.de attent.cap.31.nu.170.*

Quo verò ad expenſas Domini mandarunt refici ſcut. 8. monetæ, quæ excipientes de attentatis ſoluerunt in Curia Notario Cauſæ pro rubricatura proceſſus, & ad bonum computum regeſtri, alias enim factas fuiſſe hic, vel in partibus non apparet, & ſi quas fecerunt in recipiendis à Notariis Bononiæ inſtrumentis cenſuum, & vſurarum quibus vt ſupra ſubjacebant ſicuti ex prædictis ſuperflua fuit talis receptio
14 Inſtrumentorum, ità & expenſæ, quæ propterea reficiendæ non ſunt, *Imol.in c.fin. litib.num.13. de dolo, & contum.Carauita ſuper ritibus magnæ Cur.Vicariæ ritu 118. numer.3. Aſin. in prax. §. 32. cap.3. numer. 6. & cap.4.nu.4.*

Et ita deciſum vtraque &c.

## CÆSARAVGVSTANA DE CASPE.

*Lunæ 11. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Signatura committens cauſam appellationis cum clauſula, *parito iudicato, præterquamquod contenta in laudo, & cum facultate abſoluendi,* dicta clauſula vti conditionem importans non ſuffragatur, non conſtito de paritione, & quænam dicantur contenta in re judicata, & quænam in laudo? plenè in deciſione diſcutitur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Clauſula,* parito judicato, *conditionem importat.*
2 *Clauſula,* parito judicato, *non ſuffragatur non docto de paritione.*
3 *Abſolutio non datur à cenſuris latis in Curia, niſi parito iudicato.*
4 *Proceſſiones indicere, & dirigere an pertineat ad iuriſdictionem?*
5 *Per modum arbitrarij extraiudicialis ea quæ competunt, citra aliquam iuriſdictionem dicuntur fieri.*
6 *Iuriſdictio conceſſa quoad certos caſus vltra illos non extenditur.*
7 *Ius conuocandi Capitulum non competit Beneficiatis, quia non habent regimen Eccleſiæ, nec Capituli appellatione veniunt.*
*Beneficiati non habent regimen Eccleſiæ, ibid.*
*Beneficiati non veniunt appellatione Capituli, ibid.*
8 *Beneficiati non poſſunt dici de Capitulo ex eo quod admittuntur in Capitulo, & ibi vocem habeant.*
9 *Capitulum conuocare eſt actus iuriſdictionis.*
10 *Iuriſdictio non videtur conceſſa, conceſſo interuentu & voce in Capitulo, ſed requiritur quod ſpecialiter exprimatur.*
11 *Collegia duo, ſiue Capitula in eadem Eccleſia ſi darentur monſtruoſum eſſet, & intolerandum.*
12 *Res iudicata non cenſetur alterata, ſeu remiſſa niſi in eo, quod laudum poſt dictam rem iudicatam emanatum, ſpecialiter diſponit.*
13 *Adminiſtratio alicuius rei ſi ſit commiſſa alicui, non ex hoc arguitur, quod fuerit quoque commiſſa iuriſdictio, quæ diuerſa eſt ab adminiſtratione.*
14 *Laudum eſt ſtricti iuris, nec extenditur de caſu ad caſum.*
15 *Ad iuriſdictionem non pertinet ius eligendi officiales pro adminiſtratione operum piorum.*
16 *Iuramentum recipere eſt actus iuriſdictionis.*
17 *Compromiſſum cōceptum ſub ſigno vniuerſali,* omnem controuerſiam *non comprehendit eo quod rem iudicatam non includit.*
18 *Compromiſſi narratiua attendi non debet, ſed laudi tenor, & quid fuerit coram arbitrio proſecutum.*
19 *Rei iudicatæ non dicitur renunciatum per compromiſſum, dum ſuper ea non fuit laudatum.*
20 *Confirmatio laudi, illud vltra ibi diſpoſita non extendit, ſed ad illius limites reſtringitur.*
21 *Laudo iuuari non poteſt, qui illud acerrimè impugnat.*

## DECISIO CXXVI.

A Declaratoria Rotali decreta contra ſeptem beneficiatos Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi de Caſpe Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani Signatura Iuſtitiæ commiſit mihi cauſam appellationis cum clauſula, *parito iudicato præter quam quoad contenta in laudo, & cum facultate abſoluendi Beneficiatos,* quibus inſtantibus pro abſolutione, dubitaui, An ſint abſoluendi, & negatiuè reſolutum fuit. Facultas enim abſoluendi concepta ſub ablatiuo abſoluto, *parito,*
1 qui † conditionem importat, *l. à teſtatore ff. cond. & demonſtr. Pariſ.conſ.41.nu.14.lib.4. Caputaq. deciſ.150.*
2 *nu.2.par.1.* Non ſuffragatur † donec Beneficiati doceant de paritione, *Seraph.deciſ.655.nu.1.& ſeq. Mant. deciſ.343.num.1. Rot.in his terminis deciſ.173.num.1.&*
3 *par.6.recen.* & regulare eſt, † quod à cenſuris latis in Curia non detur abſolutio, niſi parito judicato, *Seraph.dec.432.nu.1. Buratt.dec.88.nu.5. Rot.dec.629. nu.3.in fin.par.3.rec.*

Quoniam verò reſcriptum Signaturæ paritionem reſtringit ad judicatum, excipitque contenta in laudo, & declaratoria lata fuit ob contemptum iuriſdictionis Priori maiori competentis, ac ob contrauentionem in celebrando Capitulum Priore contradicente videndum eſt, an hæc duo ſint contenta in laudo, idque vt innoteſcat exponam tenorem rei judicatæ, & laudi ſubſequentis. Quatuor definiuntur in tribus ſententiis Rotalibus in judicatum tranſactis. Primo juriſdictionem etiam contra Clericos ſæculares Beneficiatos, & non Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ in concernentibus omnes actus Eccleſiaſticos, & officia diuina competere Priori majori. Secundò præeminentia. Tertiò adjudicantur Priori maiori, & Priori Curato, ac Regularibus omnia emolumenta Eccleſiæ, & eius Cæmeteriis, exceptis tamen iis, quæ ex fundationibus Cappellaniarum inter dictos Regulares, & Beneficiatos ſæculares communicanda veniunt, vel ſolis ſæcularibus reſeruata reperiuntur. Quartò tribuitur

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tribuitur Priori maiori, & Fratribus ius, & facultas faciendi Capitulum priuatiuè quoad Beneficiatos.

Laudum autem plurima continet, quæ tamen, neque tangunt primum caput juriſdictionis, neque vltimum juris faciendi Capitulum, ſed vel ſunt præter rem judicatam, vel illius ſecundum, & tertium caput reſpiciunt. Exorditur enim à ſecundo capite præeminentiæ, & graditur ad mulctas, quas punctaturas vocant aduerſus non intereſſentes ſeruitio Eccleſiæ tam in Choro, quàm in Proceſſionibus, circa quæ tria diſponit. Primò quantitatem multæ pro quolibet puncto, ſiue in Choro, ſiue in Proceſſionibus ordinariis, ac extraordinariis, & hoc nil commune habet cum juriſdictione. Secundò quod Proceſſiones extraordinariæ extra Oppidum ſi faciendæ ſint, prout id Priori ſignificari ſolet, ſignificet pariter Prior antiquiori ex Beneficiatis, vt de eorum communi conſenſu peragatur, cum ſint extraordinariæ, & præter conſuetudinem fiant vt expreſsè dicitur in laudo, quod ſimiliter non pertinet ad juriſdictionem, quæ non conſiſtit in ſcientia, vel conſenſu proceſſioni-
4 bus, ſed in jure † eas indicendi, & dirigendi ad tradita per *Franc. Leo in Theſ. fori Eccl. par. 4. cap. 2. nu. 142. Barb. in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. nu. 44.* vbi refert ſic reſolutum à Sacra Congregatione Rituum, & *in tract. de poteſt. Epiſc. allegat.* 78. *nu. 3. & de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. nu. 161. cum aliis alleg. per Bellet. diſquiſ. cler. par. 1. tit. de fauore Clerici reali §. 2. ſub nu. 5.*

Tertiò mandat, quod per totum capitulum Prioris, Fratrum, & Beneficiatorum eligatur ſingulis annis cenſor, ſeu punctator, qui alternis vicibus ſit, vel Frater, vel beneficiatus iſque in fine cuiuſlibet menſis omnium punctorum rationem reddere debeat duobus antiquioribus Fratrum, & Beneficiatorum, quodquè multæ accreſcant intereſſentibus, & ſi quid controuerſiæ ex eiſdem punctis ortum fuerit, iis qui in controuerſia cum cenſore erunt recurrendum ſit ad quatuor antiquiores Fratres, ac totidem Beneficiatos, qui controuerſiam recognoſcere, ac dirimere de-
5 beant, id quod intelligitur † per modum arbitrii extraiudicialis, & ſic citra aliquam juriſdictionem, *Soccin. de Citation. art. 4. ſub num. 5. verſ. idem etiam de arbitris Bald. in l. 2. ſub num. 9. C. quomod. & quan. Iud. Blanc. de compr. qu. 8. nu. 4. vſque ad 8. & alij allegati per*
6 *Modern. de citat. cap. 11. nu. 97.* quæ in omnem † euentum extendi non poſſet vltra caſum dictæ controuerſiæ de qua laudum loquitur *Abb. in cap. P. & G. nu. 15. verſ. venio ad ſextam de offic. deleg. Felin. ibid. num. 12. & in cap. cæterum nu. 2. de Iudic. Socc. in cap. ſignificaſti nu. 30. verſ. 3. quæritur de foro competen. Bald. in cap. de cauſis nu. 8. de offic. deleg.*

Sequitur deindè alia pars laudi, in qua de capitulo celebrando agitur, & continet primo, quod ſi deliberandum ſit de eo, quod eſt peculiare Prioris, & Fratrum, aut concernit adminiſtrationem, & gubernium ipſius Eccleſiæ, ſolus Prior, & Fratres abſque Beneficiatis deliberare poſſint; ſi verò deliberanda ſit res, quæ ad omnes pertineat, vt ſunt collationes pecuniarum, cenſuum, reluitiones redditum communium, & alia huiuſmodi, conuenire, ac votare omnes debeant, ſcilicet Fratres, & Beneficiati juxta modum ibi præſcriptum, vnde inferri non poteſt, quod Beneficiatis communicatum fuerit jus conuocandi Capitulum,
7 † aut quod effecti ſint capitulares, quia hæc qualitas non conuenit Beneficiatis, qui non habent regimen Eccleſiæ, & Capituli appellatione non veniunt, *Compoſtell. in cap. 1. num. 4. de elect. Abb. in cap. ſcriptum num. 4. eod. tit. & in cap. dilecti nu. 1. de maior. & obed. Caput aq. dec. 84. num. 2. par. 1. Caſ. de Graſſ. dec. 4. nu. 6. de his, quæ fit à maior. part. Capit. Rot. dec. 145. num. 2. & 3. par. 5. recent.* Nec ex eo, quod admittantur in Capi-
8 tulo, † & ibi vocem habeant poſſunt dici de Capitulo, *Gemin. in cap. fin. nu. 5. ad fin. verſ. aut quærimus de preb. in 6. Loth. de re benef. lib. 1. cap. 15. num. 23. Rot. deciſ. 459.*
9 *num. 8. p. 5. recent.* & conuocare Capitulum † eſt actus juriſdictionis, *Garz. de benef. par. 3. cap. 4. num. 26. Grat. diſcept. 482. num. 26.* quæ data non videtur conceſſo
10 † interuentu, & voce in Capitulo, ſed requiritur, quod ſpecialiter exprimatur ad tradita per *Bald. in cap. 1. §. contrario nu. 4. verſ. contrarium de inueſt. de re alien. fact. Couarr. pract. quæſt. cap. 1. ſub num. 10. concl. 10. Rot. dec. 763. ſub num. 3. verſ. & regulariter par. 2. recent. & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 298. num. 3. & 4.* Eo minus ad effectum faciendi Capitulum ſeiunctim à Priori maiori, & Fratribus, quia ſic in eadem Eccle-
11 ſia † duo darentur Collegia, & Capitula, quod monſtruoſum eſſet, & intolerandum *Hoſt. in cap. cum contingat nu. 1. de for. compet. quem ſequitur ibi Abb. nu. 18. Bellam. ſub numer. 15. verſ. alij dicunt Loth. d. quæſt. 15. num. 11. & ſeqq.*

Secundò præfinitur tempus quo celebrandum eſt Capitulum ſiue Ordinarium, ſiue extraordinarium, & monendi Fratres, ac Beneficiati à Procuratore, vt Capitulo interueniant, non autem dicitur de cujus mandato debeat conuocari, quod propterea tanquam intactum à laudo remanet juxta diſpoſitionem rei ju-
12 dicatæ, † quæ non cenſetur alterata, ſeu remiſſa, niſi in eo, quod laudum ſpecialiter diſponit *Caſtr. in l. ſi cauſa cognita num. 3. ad fin. C. tranſact. Alex. in l. ſi cauſa cognita nu. 3. ad fin. Cod. tranſact. Alex. in l. ſi pars diuerſa num. 5. Iaſ. ibid. num. 6. Cod. eod. Dec. conſ. 39. ſub nu. 3. & fuit dictum in Calagurritana Proceſſionum 30. Ianuary 1626. coram bo. me. Remboldo.*

Poſt hæc laudum latè ſe habet circa plura reſpicientia celebrationem Miſſarum, ac funerum, & adminiſtrationem anniuerſariorum, & emolumentorum ex eleemoſynis pro ſuffragiis animarum Purgatorii
13 prouenientium, ex qua adminiſtratione † dici non poteſt communicata juriſdictio, quia eſt diuerſa ab adminiſtratione *ex allegatis per Capoblanc. de Baronib.*
14 *pragm. 10. nu. 99.* & cum laudum ſit ſtricti juris † non debet extendi de caſu ad caſum, vt in puncto *Rota dec. 145. num. 4. & 5. par. 5. recent. dec. 76. num. 13. par. 7.* prout
15 nec pertinet ad juriſdictionem, † quod Beneficiati ſimul cum Fratribus eligant officiales pro adminiſtratione dictorum emolumentorum communium, & anniuerſariorum, *Bertrand. conſ. 170. num. 4. lib. 3. Canc. var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 299.* Imò quia diſpoſitum fuit, quod talis electi jurent in manibus Prioris de benè exercendo officium apparet, quod juriſdictio
16 fuit reſeruata Priori, cum recipere juramentum † ſit actus juriſdictionis, *Card. in Clem. vnica ſub num. 5. de off. deleg. Egid. deciſ. 43. & dec. 624. num. 1. Rot. deciſ. 655. num. 2. in fin. par. 2. recent. adden. ad ſanct. me. Greg. XV. dec. 368. ſub nu. 9.*

Non obſtat, quod in confirmatione Apoſtolica laudi obtenta à ſan. mem. Greg. XIII. Anno Incarnationis 1576. 4. Kalen. Februarii narratum fuerit ortas fuiſſe inter Priorem, Fratres, ac Beneficiatos controuerſias ſuper præeminentia, juriſdictione, diſtributionibus anniuerſariorum, & funerum aliiſque rebus, quodque omnem controuerſiam in arbitros compromiſerunt; tùm quia animaduertendum eſt, quod narratiua controuerſiæ ſuper Iuriſdictione refertur ad tempus antè rem judicatam, quæ ibi ſucceſſiue narratur, eamquè controuerſam extinxit; & licet à re judicata fuiſſet commiſſa cauſa reſtitutionis in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

integtum bon mem. Verallo, nuſquam fuit deciſum
conſtare de cauſis reſtitutionis; diuerſæ autem reſo-
lutiones ſubſequutæ coram bon. mem. Robuſterio
ſubrogato Veralli, ex quibus in eadem narratiua di-
citur, quod ambarum partium prætenſiones in ambi-
guo verſabantur, emanarunt non ſuper juriſdictione,
ſed ſuper anniuerſariis vt patet ex deciſionibus datis in
ſummario beneficiatorum *nu.4.& 6.* adeò quod ſicuti
ambiguitas, quæ dedit cauſam compromiſſo, etiam
attenta narratiua confirmationis non verſabatur cir-
ca iuriſdictionem, ità nec compromiſſum quamvis
17 conceptum † ſub ſigno vniuerſali omnem contro-
uerſiam, quia non includit rem judicatam *Fulg.in l.ſi
diuerſa nu.5.C.tranſact. Abb.in cap. expoſitæ ſub num.4.
de arbit.Butr.conſ.77.nu.3.Angel.conſ.343.num.12.Dec.
conſ.39.ſub num.3.verſ.nec ſufficit Rot. in d.Calaguritana
Proceſſionum coram bon.me.Ramboldo.*

Tum etiam quia non debet attendi narratiua com-
18 promiſſi † ſed laudi tenor, & quid fuerit coram arbi-
tro proſequutum *Roman. conſ.108.nu.1.verſ.quanquam
ex tex. in l.ſi cum diem §. plenum vbi gloſſ. in verb. ple-
num ff.recept.arbit.* & ſatis eſt quod ſuper iuriſdictio-
19 ne laudatum non fuerit † ad effectum vt in hac parte
dici non debeat renunciatum reiiudicatæ per compro-
miſſum *Felin.in cap.cum olim.nu.6. de præſcript. Bald.
in l.ſi diuerſa verſus finem C.tranſact. Alex.conſ.22.n.2.
verſ.tamen illa lib.1.Cancer.variar.reſol.lib.1.ca.18.ſub
num.44. verſ. ſic ſi, & lib.3.cap.17.ſub num.314.* neque
20 confirmatio † laudum extendit vltra ibi diſpoſita ſed
ad illius limites reſtringitur *cap.1.& 2.de confirm.vtil.
vel Berou.conſ.7.nu.37.lib.3. Rot.deciſ.58.num.29.& 30.
dec.126.nu.23.part.6.recent.*

Accedit quod Beneficiati iuuari non poſſunt lau-
21 do, quia illud acerrimè impugnarunt † vt latius *in de-
ciſione coram bo.me.Motmanno 28. Aprilis 1636.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## BONONIEN. PECVNIARIA.

*Veneris 15. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Inexigibilitas debitoris ceſſi ex quibus probetur? Et probata inexigibilitate, tunc contra promittentem nomen debitoris verum, & exigibile competit actio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inexigibilitas debitoris non dicitur probata ex inhibitione obtenta vigore decreti Sacræ Viſitæ, moderata, & redacta ad viam Iuris, ſi deinde ex alio decreto apparet reintegrata.*

2 *Decretum poſterius primi reuocatorium ſolum afficit, ac attendi debet.*

3 *Extractio Iurium facta à Notario lite pendente, & ſine Citatione partis valida eſt, ac fidem meretur.*

4 *Error temporis in decreto appoſiti ex quibus probetur.*

5 *Error Notarij, etiam per coniecturas probari poteſt.*

6 *Debitor non probatur idoneus, & exigibilis eò quod apud aliquos exiſtimatur talis, ſi aliunde conſtat de contrario.*

7 *Nomen debitoris, promiſſum exigibile, ſi tale non eſt, ſtatim dicitur commiſſa ſtipulatio contra promittentem.*

### DECISIO CXXVII.

AD fauorem Semideæ filiæ, & hæredis Emilii de
Sartis, cui Marchio Fontana ceſſerat nomina
debitorum eaque manutenere exigibilia promiſerat
lata fuit ſententia Rotalis contra eundem Marchio-
nem coram R.P.D. meo Carillo, quæ hodie in gradu
appellationis confirmanda viſa eſt Dominis coram
me, ex rationibus benè deductis in duabus deciſioni-
bus coram D. meo Carillo ſub die 27. Iunii 1642. &
31. Ianuarii 1643.

Quibus non obſtat quod inhibitio vigore decreti
1 Viſitæ obtenta † à Cecchello altero ex debitoribus
ceſſis, & in qua deciſiones vim faciunt ad proban-
dam eius inexigibilitatem fuerit moderata, ac reducta
ad viam iuris die 26. Ianuarii 1634. Quia poſt mo-
dum fuit reintegrata per aliud decretum, mandans
eam ſeruari emiſſum die 31. eiuſdem menſis, quod
2 † tamquam poſterius afficit *l. pacta nouiſſima, & ibi
Dec.num.5.& ſeqq.Cod.pact.Caſtr.conſ.278.num.1.lib.1.
Alex.conſil.193.num.3. lib.6. Menoch. præſumpt.38.nu.
31.lib.6.*

Et probatur ex publico inſtrumento in regiſtro
folio 253. quod cum leuatum fuerit ab vno ex actua-
3 riis cauſæ meretur fidem quamuis † emanauerit lite
pendente, ac ſine citatione partis *Dec.in Auth.ſi quis
in aliquo num.26.Cod.eden.Egid.dec.58. Caputaq. dec.
170.part.1.Rot.dec.1.de fid.inſtrum.in nou.dec.59.num.4.
deciſ.454.num.1. coram ſa.mem.Greg.XV.* Nec obſtat
quod in primo proceſſu de partibus dictum decre-
tum legatur appoſitum ſub die 26. Ianuarii quia hoc
fuit per errorem Notarii vt patet tam ex dicto publi-
co inſtrumento, quam ex ſerie facti, nam ipſa die 26.
Iudex reduxerat inhibitionem ad viam iuris, & remo-
to obſtaculo inhibitionis die 27. ad inſtantiam Semi-
deæ fuit facta executio, cuius deinde expreſſam men-
tionem fecit Iudex in decreto, quo mandauit ſeruari
inhibitionem ibi *habita notitia de executione facta, &c.*
proc.fo.296. à tergo, & in regiſtr. fol. 253. & ſic con-
currit maxima inueriſimilitudo, quod eadem die 26.
Ianuarii ſuper eodem articulo inhibitionis contraria
decreta emanauerint tam concomitantia veritatis reſ-
pectu executionis vt ſupra factæ quam ſicuti dubio
caret ſucceſſiſſe poſt diem 26. idem dici neceſſe eſt
de decreto ſeruationis inhibitionis quod illius occa-
ſione, & ad impediendum ne conſumaretur fecit Iu-
dex adeo quod etiam à tempore executionis ad quam
4 ſe refert decretum, probatur † error temporis in de-
creto appoſiti in primo proc. *Alex.conſ.83.num.1.verſ.
modus autem lib.1. Curt.iun.conſ.192.num. 21. Menoch.
conſ.1.nu.95. Gratian.diſcept.988.num.5.Surd.deciſ.114.
5 nu.18.* qui error notarii etiam † per coniecturas pro-
bari poteſt *Soc.conſ.94.num.8.poſt med.verſ.error enim
tabellionis lib.1. Burſatt.conſ.317.numer.3.lib.3.Menoch.
præſ.12.num.8.lib.6. Grat.diſcept.825.nu.5. Buratt.dec.
282.num.2.*

Non obſtat quod hodie Cecchellus peruenerit ad
pinguiorem fortunam, quia ad hoc probandum ex-
hibetur ſolum contractus in quo Cecchellus promi-
ſit Miniſtro Cameræ Apoſtolicæ tradere pro ſeruitio
Arcis Vrbanæ libr. 9000. carnis ſuinæ pro prætio
conuento; Hic enim contractus non concludit exigi-
bilitatem ſeu idoneitatem Cecchellii quia non ſuffi-
6 cit quod talem † eum crediderit Miniſter Cameræ, vt
in terminis *Gratian.diſcept.527.num.30.& ſeqq.* eo mi-
nus poſtquam ex diligentiis formiter factis probatum
7 fuit contrarium, & commiſſa † ſtipulatio ad fauorem
Semideæ contra Marchionem vt in ſimili *Rot.Ianuan.
deciſ.101. numer.1. & 2. ex text. in l.1. §. ſi rem depoſi-
tam ff. depoſ. l.quidam ff. fideicom. liberat. l. filius fam.
§.quis ff. leg.1. l.ex facto §. pen. ff. ad Treb. l. fin. Cod.
inſt.& ſubſt.*

Aliis obiectis ſatisfaciunt reſponſiones deciſionum
coram

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

coram D. meo Carillo, cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## LEODIEN BENEFICII.

*Veneris 22. Martij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Decretum irritans licet non tollat inſiſtentiam facti, illam tamen priuat omni Iuris effectu; itaut habeatur pro vacua ad effectum denegandi manutentionem, quod indiſtinctè procedit, quando eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij, ſecus verò ſuper incerto, & per viam legis generalis, tunc enim non operatur niſi poſt quam clarum fuerit, quod ſit locus decreto. Regula de 20. locum habet ſecuto obitu reſignantis intra 20. dies & ex quibus probetur obitus reſignantis intra 20. dies: confeſſio reſultans ex productione Iurium, quando eſt adminiculata nocet confitenti, quod etiam procedit in confeſſione procuratoris.

### *SVMMARIVM.*

1 *Regula Cancellariæ de 20. munita eſt decreto irritanti.*

2 *Decretum irritans licet non tollat inſiſtentiam facti illam tamen priuat omni Iuris effectu.*

3 *Decretum irritans operatur, vt poſſeſſio habeatur pro vacua tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam eam concedendi poſteriori.*

4 *Declara concluſionem indiſtinctè procedere, quando Decretum irritans eſt appoſitum ſuper certo corpore Beneficij, ſecus ſuper incerto, & per viam legis generalis tunc enim non operatur niſi poſt quam clarum fuerit, quod illi locus ſit.*

5 *Regula de 20. locum babet ſequuto obitu reſignantis intra 20. dies.*

6 *Obitus reſignantis intra viginti dies, ex quibus probetur?*

7 *Ex productione Iurium reſultat confeſſio omnium ibidem contentorum.*

8 *Ex productioue vnius tituli excluditur poſſibilitas alterius tituli conſimilis.*

9 *Productio facta à Procuratore probat contra principalem, ſi fuit ab eo ratificata.*

10 *Confeſſio reſultans ex productione Iurium facta à Procuratore redditur irreuocabilis non docto de errore, ac ſi idem principalis produxiſſet.*

11 *Patroni aſſertio emiſſa poſt præſentationem non releuat in præiudicium præſentati.*

12 *Obitus alicuius præcisè de aliquo tempore probetur ex ſide Parochi; necnon ex confeſſione aduerſarij, ac etiam ex Teſtibus.*

13 *Productio emanata ad certum effectum non præiudicat in alio.*

14 *Confeſſio reſultans ex productione Iurium ſi eſt adminiculata nocet confitenti etiam in caſibus, quibus alias non noceret.*

15 *Quod etiam procedit in confeſſione Procuratoris.*

16 *In Summariſſimo poſſeſſorio non attenditur nullitas tituli, ſed nudum factum poſſeſſionis.*

17 *Poſſeſſio infecta à decreto irritanti redditur ineſſicax ad obtinendam manutentionem.*

18 *Exceptio non Iuris, quæ alias reiicitur ad petitorium ſi eſt incontinenti probata manutentionem retardat.*

19 *Cauſa poſſeſſionis ſuperueniente nouo titulo mutari non poteſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit Ius quæſitum.*

20 *Clauſula*, Dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri Ius quæſitum *preſeruat etiam Iura prouiſi ab ordinario, vel alio inferiori Collatore.*

21 *Manutentionem petens actoris vicem in ea petitione ſubſtinet.*

## DECISIO CXXVIII.

DEciſum alias fuit vna tamen parte informante, Lamberto prouiſo ab Eminentiſſimo D. Cardinali Legato de beneficio in eius manibus reſignato dandum eſſe mandatum de manutenendo, ſed hodiè informante etiam Alberto aduerſario ex nouiter deductis Rotæ à deciſis receſſit.

Cum enim reſignans deceſſerit infrà 20. dies obſtat
1 Lamberto regula de 20 numero decima nona † munita decreto irritanti, quod licet non tollat inſiſtentiam facti, *Put. deciſ. 1. lib. 1. deciſ. 436. nu. 2. lib. 2. Seraph. deciſ. 1471. num. 5. Buratt. deciſ. 131. num 6.* illam tamen
2 priuat omni juris † effectu, *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 46. num. 70. & lib. 3. quæſt. 24. num. 15.* ita vt habeatur
3 pro vacua † tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam eam concedendi poſteriori, *Creſc. dec. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Mant. dec. 40. num. 8. Coccin. deciſ. 51. numer. 4. add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 268. num. 9. cum aliis allegatis per Moder. Peutruſin. de manutenendo obſeruat. 71. num. 49. & 70. & in punct. huius regulæ dixit, Rot. in Leodien. Beneficij 25. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et licet hæc procedant indiſtinctè, quando decre-
4 tum irritans eſt appoſitum † ſuper certo corpore beneficij, quando verò ſuper incerto, & in lege generali, qui eſt caſus noſter, non niſi poſt quam clarum omninò fuerit, quod ſit locus Decreto irritanti, vt declarauit, *Gonz. in term. reg. Canc. gloſſ. 67. num. 32. & 39. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. num. 77. Caputaq. dec. 325. num. 8. & ſeqq. par. 1. Rot. deciſ. 341. num. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3. par. 1. recent. dec. 8. num. 4. coram Cardinali Cauall. & in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

5 Hic ſatis eſt clarum, quod intrat regula de 20. † & ſimul decretum irritans ibid. contentum, quia Lambertus fuit prouiſus ex cauſa reſignationis, & reſi-
6 gnantem deceſſiſſe intrà 20. dies † conſtat ex confeſſione ipſiuſmet Lamberti emiſſa in præcibus pro noua prouiſione obtinenda, eo quod prima ob reſiſtentiam dictæ regulæ erat nulla eidem D. Cardinali Legato porrectis, & judicialiter vna cum litteris nouæ prouiſionis pro Lamberto productis, ex qua pro-
7 ductione † reſultat confeſſio omnium ibi narratorum, *l. cum precum Cod. lib. cauſ. Dec. in cap. cum venerabilis num. 9. de except. Surd. conſ. 151. num. 16. add. ad ſan. me. Greg. XV. deciſ. 238. num. 15. Buratt. deciſ. 934. numer. 4.*
8 excluditurque poſſibilitas † alterius tituli abſque ſimili confeſſione obtenti, *Innoc. in cap. dudum num. 2. verſ. ſed quia de decimis Caputaqu. deciſ. 304. par. 3. Rot. deciſ. 372. num. 19. par. 1. diuerſ. deciſ. 218. nu. 1. par. 6. recent. deciſ. 46. ſub num. 7. deciſ. 792. num. 1. & 2. coram bo. me. Buratto.*

9 Quamuis productio facta fuerit à Procuratore, † quia Lambertus omnia ab eo geſta ratificauit *Summ. Albert. num. 7.* vndè confeſſio reddita fuit irreuocabi-
10 lis † non docto de errore non ſecus, ac ſi idem Lambertus produxiſſet, *Old. conſ. 126. nu. 5. Egid. deciſ. 694. colu. 4. verſ. dixi vel eius ratihabitione Put. deciſ. 386. in*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*princ.lib.2.in nou.add.ad ſan.mem Greg.XV.deciſ.270.*
*num.12. Rot.deciſ.271. num.7.& 8.poſt tractatum Mo-*
*derni de manutenendo.* Neque error probatur ex eo,
quod patronus, qui præſentauit Albertum aſſeruit
Taſſanum reſſignantem obiiſſe die 18. Februarij,& ſic
11 poſt 20. dies quia aſſertio huiuſmodi emiſſa † poſt
præſentationem nil releuat in præjudicium præ-
ſentati, *Natt.conſ.152.num.11. Rol.conſ.85.num.9.lib.2.*
*Surd.deciſ. 218. numer.5. Lotther. de re beneſ. lib. 2.*
*quæſt.29.num.74. Rot.deciſ.363. num.6.par.4. recent.* &
contrarium conuinciturtam ex confeſſione Lamber-
ti, quam ex Teſtibus; & fide, parochi, quæ mortem
12 †ejuſque tempus probat, *Rebuff. de decimis quæſt.2.*
*ſub nu.10.Immol.conſ.10.in fin.Rot.dec.700.nu.4.par.1.*
*recent.Buratt.deciſ.11. num.2. vbi add. numer. 4. alleg.*
*concord.*

Non obſtat,quod Procurator Lamberti produxerit
cũ limitatione,nẽpè *ad omnes meliores fines,& effectus,*
*& ius iuri cumulãdo in partibus ſibi proficuis* productio
13 enim emanata ad certum effectum † non præiudicet
in alio, aut excludat poſſibilitatem tituli melioris,
*Rot.dec.191.num.9. verſ.ſed fuit productus ex abundanti*
*dec.225.nu.9.& 10.par.5.recent.*

Quia non verſamur in terminis harum deciſionum,
ſed in productione facta ad effectum excludendi Al-
bertum docendo de valida prouiſione Lamberti,&ſu-
plendo nullitatẽ primæ ob mortẽ reſſignãtis infrà 20.
dies infectæ,& ex qua actor obtinere non potuiſſet,
adeoq; productio fuit neceſſaria,& ordinata ad finem
ipſum Iudicii moti,& cum cõfeſſio indè reſultans ſit
14 † adminiculata dictis Teſtium,fide Parochi, ac pluri-
bus ſententiis pro Alberto latis nocet confitenti etiam
in caſibus, quibus alias non noceret, *Salic.in l.ſi ma-*
*ter ſub nu.1.Cod.contrah.empt.Tiraquell. in l.ſi vnquam*
*verb.donatione largitus nu.100. Cod.reuoc. donat. Surd.*
*deciſ.325.num 5. Rot. deciſ.334. num.3.* vbi loquitur in
15 ſpecie de confeſſione Procuratoris,† *par.1.recent.dec.*
*209.nu.7. par.7.*

Non obſtat, quod in ſummariiſſimo poſſeſſorio
16 non attenditur nullitas tituli, † ſed nudum factum
poſſeſſionis, tum quia vigore decreti irritantis poſſeſ-
17 ſio redditur † inefficax ad obtinen. manutentionem,
ex ſupra allegatis, tum etiam quia cum de nullitate
tituli, ac non vire Lamberti appareat ex præfata illius
18 confeſſione, exceptio non juris, quæ alias reiiceretur
ad petitorium ſic probata retardat manutentionem,
*Seraph.deciſ.876.num.2. Rota deciſ.3. de reſt ſpoliat. in*
*nou.deciſ.698.nu.3.par.2.recent.deciſ.876.num.7. coram*
*Buratto & in aliis allegatis per Modern. de manutenen-*
*do obſeru.92.nu.157.& 154.*

Tandem non obſtat, quod ſaltem Lambertus ex
19 ſecunda prouiſione potuerit † mutare ſibi cauſam poſ-
ſeſſionis apprehenſæ ex prima quia hoc non licuit in
præiudicium Alberti prouiſi ab Ordinario cum D.
Cardinalis Legatus ibi appoſuerit clauſulam, *Dum-*
*modo tempore datæ præſentium non ſit alicui ius quæſi-*
20 *tum* † quæ præſeruat etiam jura prouiſi ab Ordinario,
vel alio inferiori collatore, vt in terminis prouiſionis
Legati eſt, *text.in cap. ſi à ſede 31.de præb. in 6. & not.*
*ibi gloſſ.verb.nec appareat Lotther.de re beneſ.lib.2.qu.*
*23.num.1.*

Quæ dicebantur de non jure Alberti viſa ſunt alte-
rius inſpectionis, quia hodiè non agitur de manute-
nendo Alberto, ſed de reuocanda manutentione con-
ceſſa Lamberto, quia docere debuit de valida poſſeſ-
ſione tamquam fundamento ſuæ intentionis cum pe-
21 tens manutentionem † actoris vicem in ea petitione
ſuſtineat, *Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.64.*
*num.5.& ibi add ſub num.13. allegat.concord.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

*Veneris 22. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum reale fauore omnium de familia inductum cenſetur, quando ratio agnationis à teſtatore expreſſa ſtat de per ſe in ſeparata oratione, nec regulatur à prohibitione alienationis, & declaratur deciſio *in Florentina de Guidaccis* in obiecto allegat. Expenſæ, & melioramenta etiam vtilia facta ab hærede grauato non ſunt à fideicommiſſario reficienda, ſi illa facta probantur poſt denunciationem judicialem ad inſtantiam fideicommiſſarij & hoc propter temeritatem, & malam fidem ex dicta denunciatione reſultando, ſed tantum conceditur grauato illorum abraſio, quatenus ſeparabilia ſint abſque læſione prioris ſtatus, quod intellige de melioramentis factis in reficiendo, non inficiendo de nouo, quæ grauatus amittit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum nouum non inducitur ex prohibitione alienationis quando eſt conſecutiua præcedentis ſubſtitutionis, & ab ea dependet.*

2 *Et tunc dependere dicitur, quoties prohibitio iungitur immediate ſubſtitutioni per participium* prohibens, *quod importat continuationem ſermonis, & diſpoſitionis præcedentis.*

3 *Ratio conſeruandi agnationem ſi eſt acceſſoria prohibitionis alienationis recipit eandem reſtrictionem ac conditionem, prout ipſamet prohibitio.*

4 *Nec fideicommiſſum extendit, nam fideicommittens cenſetur habuiſſe animum conſeruandi agnationem in caſu diſpoſito dumtaxat.*

*Intellige tamen prædicta procedere in terminis ſimplicis prohibitionis conceptæ per participium* prohibens, *& rationis agnationis illi acceſſoriæ, ſecus verò quando ratio agnationis comprehendit totum Cippum familiæ fideicommittentis, & ſic etiam tranſuerſales nu.6.*

*Appellatione Cippi Domus ſeu familiæ Teſtatoris veniunt etiam tranſuerſales ibid.*

5 *Fœmina facit deficere conditionem ſi ſine filiis, quamvis habita fuerit agnationis ratio, ſi hæc reſtricta ſit ad terminos primæ ſubſtitutionis.*

7 *Ratio agnationis independens dicitur à ſubſtitutione ſtante comprehenſione nouarum perſonarum in ſubſtitutione non vocatarum.*

8 *Maximè quando ratio agnationis non legitur adiecta per modum enunciationis, ſed diſpoſitiuè, & regitur à diuerſo verbo, tunc enim dicitur ſtare de per ſe in ſeparata oratione, nec regulatur à prohibitione præcedenti, ſed inducit fideicommiſſum reale inter omnes de familia, & nu.10.*

9 *Verbum* Vult *eſt diſpoſitiuum, & fideicommiſſi inductiuum.*

11 *Prohibitio alienationis facta præſumitur contemplatione præcedentium ſubſtitutionum.*

12 Deciſio in Florentina de Guidaccis impreſſ. par.5. recent. deciſ. 195. per tot. allegata numer. 5. declaratur.

13 *Fideicommiſſum abſolutum non deducitur ex prohibitione*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

13 *Fideicommiſſum abſolutum non deducitur ex prohibitione alienationis, ſed ex ratione conſeruandæ agnationis in dependenti tam à ſubſtitutione, quam à prohibitione.*

14 *Ratio agnationis quando eſt amplior, & generalior ſubſtitutione, & prohibitione alienationis, tunc declarat verba communia conditionis præcedentis ad excluſionem fæminarum.*

15 *Et vim prohibitionis quamuis limitatæ ad perſonas inſtitutorum extendit ad omnes alias in ratione comprehenſas, & redditur ratio num. 16.*

17 *Teſtator ſi in codicillis moriente grauato ſine filiis reliquit vxorem grauati vſufructuariam, ex hac diſpoſitione elicitur affectio Teſtatoris erga fæminas, earumque incluſio in verbis communibus fideicommiſſi.*

18 *Declara concluſionem hoc caſu non procedere nam non bene infertur ab vſufructu ad proprietatem, nec eſt inconueniens quod Teſtator prædilexerit vxorem grauati, ac poſt eius obitum agnationem conſeruari voluerit.*

19 *Item declara non procedere in diſpoſitione codicillari, quæ non nocet vocatis ex fideicommiſſo antea facto in contractu cum ſtipulatione Notarij pro abſentibus, & naſcituris; quicquid dicendum eſſet ſi in vltima voluntate.*

20 *Filius quicquid acquirit patri acquirit.*

21 *Melioramenta non dicuntur probata non conſtito de anteriori ſtatu.*

22 *In melioramentorum refectione, fideicommiſſarius non quid impenſum, ſed facta æſtimatione melioramentorum de tempore reſtitutionis fideicommiſſi, quod minus eſt ſoluere debet melioranti.*

23 *Melioramenta vt veniant reficienda, probari debet quod illa ſint neceſſaria.*

24 *Melioramenta facta poſt iudicialem denunciationem quamuis probentur vtilia reficienda non ſunt propter temeritatem, & malam fidem ex dicta denunciatione inductam in meliorante ſed ſolum illorum abraſio conceditur, quatenus ſeparabilia ſint abſque læſione prioris ſtatus.*

25 *Concluſio tamen procedit in melioramentis ſiuè impenſis factis in reficiendo, ſecus in faciendo de nouo quæ poſſeſſor amittit.*

26 *Melioramenta ſiuè impenſæ vtiles factæ poſt denunciationem non deducuntur, & num. 27.*

28 *Immiſſio denegari nequit fideicommiſſario probata identitate bonorum, quodque ea fuerint à fideicommittente poſſeſſa.*

29 *Poſſeſſio bonorum fideicommiſſi probatur, ex inſtrumentis acquiſitionum per fideicommittentem cum clauſula conſtituti, præſertim concurrentibus adminiculis, & num. 30.*

31 *Item ex libro æſtimi.*

32 *Item ex ſucceſſiua poſſeſſione eorundem bonorum penes ſucceſſores fideicommittentis*

## DECISIO CXXIX.

INformantes pro Clementia, & Herminia, filiabus Paſqualis, filij, & hæredis Ioannis fideicommittentis obtenta noua audientia ſuper deciſis die 12. Ianuarij proximè præteriti adhuc inſiſtebant comprehenſioni fæminarum in conditione ſi ſine filiis, non obſtante quod ex deductis in prima deciſione conſtet habitam fuiſſe rationem conſeruandæ agna-
1 tionis, quia ſicuti prohibitio alienationis, † cui ea ratio adiicitur non inducit nouum fideicommiſſum, ſed reſtringitur ad caſum præcedentis ſubſtitutionis, eo



quod ab ea pendet *iuxta conſ. Dec. 636. paſſim à DD. receptum Fuſar. conſ. 143. num. 5.* & dependentia appa-
2 ret, † quia prohibitio iungitur immediate ſubſtitutioni per participium *prohibens*, quod importat continuationem ſermonis, & diſpoſitionis præcedentis *vt in term. Gabr. conſ. 124. num. 12. conſ. 138. num. 25. verſ. ſtante igitur lib. 2. Giouagn. reſp. 39. num. 16. lib. 1. Rot. coram bon. mem. Cocc. deciſ. 294. num. 7. & in Bononien. fideicommiſſi de Boatterijs* 1642. *coram bon. me. Merlino.*
3 Ita pariter ratio conſeruandi agnationem † acceſſoria prohibitioni recipit eamdem reſtrictionem, & conditionem ſi nempè hæredes ſine filiis decedant *Gabr. de conſ. 138. num. 27. Giouagn. d. reſp. 39. num. 15. & num. 45. & 46. vbi refert. deciſ. Rotæ lib.* 1. nec extra eum
4 † caſum fideicommiſſum extendit, quia fideicommittens cenſetur habuiſſe animum conſeruandi agnationem in caſu diſpoſito dumtaxat *Alex. conſ. 39. num. 3. lib. 6. Ceph. conſ. 478. num. 12. & 13. Surd. conſ. 448. num. 13. Bell Iun. conſ. 12. num. 31. Gerſ. Spin. conſ. 12. num. 36.* &
5 in puncto quod fœmina faciat deficere † conditionem ſi ſine filiis quamuis habita fuerit agnationis ratio, ſi hæc reſtricta ſit ad terminos primæ ſubſtitutionis. *Rot. in Florentina de Guidaccis coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano impreſſ. part. 5. recent. deciſ. 195. per tot.*

Sed his non obſtantibus Domini ſteterunt in deciſis, & vltro conceſſerunt fideicommiſſario immiſſionem etiam in bonis extra Vrbem exiſtentibus in territorio Caſſiæ approbando fundamenta primæ deciſionis; contra quæ non vrget obiectum, quia negatur dependentia conſeruationis agnationis à prima ſubſtitutione, cum non verſemur in terminis ſimpli-
6 cis prohibitionis † conceptæ per participium *prohibens*, & rationis agnationis illi acceſſoriæ, prout loquuntur ex aduerſo allegati, ſed hæc ratio comprehendat totum cippum familiæ fideicommittentis, & ſic etiam tranſuerſales *Bart. in l. 1. in princ. ff. ad Syllan. Gabr. conſ. 132. quæſt. 6. lib. 1. Pereg. conſ. 47. num. 7. & ſeq. lib. 2. Decian. conſ. 86. num. 27. lib. 3. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. num. 12. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 351. num.* 1. cum tamen ſubſtitutio non loquatur niſi de filiis hæredum ſubſtitutorum vſque in infinitum
7 Quæ comprehenſio nonarum perſonarum in ſubſtitutione non vocatarum demonſtrat diuerſitatem, & imdependentiam rationis agnationis à caſu ſubſtitutionis *vt per Menoch. conſ. 348. num. 43. Grat. diſcept. 828. num. 15. Rot. dec. 133. num. 5. & 6 part. 4. diuerſ. & in Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 16. Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano. Confirmata 10. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo*
8 *Cerro.* Maximè quia ratio agnationis † non fuit adiecta per modum enunciationis ſed diſpoſitiue, & regitur à diuerſo verbo, ibi *attento quod intendit, & vult. quod ſupradicta ſua bona ſemper, & inperpetuum ſtent, & permaneant in cippo eius familia, &c. vſque in infini-*
9 *tum*; cum enim verbum *vult* ſit diſpoſitiuum, † & fideicommiſſi inductiuum *l. verbum volo C. fideicom. l. cum pater §. volo ff. de leg. 2. Alex. conſ. 168. num. 3. verſ. nam certum eſt lib. 5. Socc. conſ. 227. num. 1. lib. 2. conſ. 57. num. 1. lib 3. Curt. Iun. conſ. 161. num. 9.* inde ſequitur, quod ratio agnationis vt ſupra expreſſa dicatur ſtare
10 de per ſe, † in ſeparata oratione, nec reguletur à prohibitione præcedenti, ſed inducat fideicommiſſum reale inter omnes de familia *Rimin. Iun. conſil. 482. numer. 73. Facchin. conſil. 47. ſub num. 25. lib. 1. & conſil. 57. num. 1. lib. 2. Rot. deciſ. 193. ſub num. 6. verſ. quæ magiſ. part. 1. recent. & in dicta Bononien. de Poncaldis coram D. Patriarcha Pancitolo verſ. imò in caſu.* Et alioquin ratio agnationis nihil operaretur, quia



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

precedens prohibitio erat de ſe valida tanquam veſtita
à ſubſtitutionibus præcedentibus, quarum contem-
11 platione † facta præſumitur, quod in puncto ponderat
*Facchin. dict. conſil. 57. num. 1. lib. 2. Surd. conſil. 67. num.
40. & 41. Ceph. conſ. 153. num 54. & duobus ſeqq. Decian.
conſ. 50. num. 22. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 531. num. 4. & 5.
Menoch. conſ. 327. num. 95. & de comm. Pereg. conſ. 45. nu.
16. lib. 1.*

Atquè hinc non applicatur *deciſio in Florentina de
12 Guidaccis* † allegata in obiecto, quia ibi eædem perſo-
næ comprehendebantur in ſubſtitutione, ac in ratio-
ne agnationis, & hæc erat expreſsè limitata in euen-
tum in quem ſubſtitutio purificaretur. Prout nec ob-
ſtat quod prohibitio alienationis ſit facta nominatim
13 filiis inſtitutis, quia fideicommiſſum abſolutum † non
deducitur ex prohibitione, ſed ex ratione conſeruan-
dæ agnationis independenti tam à ſubſtitutione,
quam à prohibitione, quæ ratio cum ſit vtraque ge-
14 neralior, † & amplior declarat verba communia con-
ditionis præcedentis ad excluſionem fœminarum
*Gabr. conſ. 124. num. 14. lib. 2. Rot. deciſ. 44. num. 5. part. 1.
15 recent.* & vim prohibitionis quamuis limitatæ † ad
perſonas inſtitutorum extendit ad omnes alias in ra-
tione comprehenſas. *Soccin. conſ. 43. num. 2. lib. 3. Curt.
Iun. conſ. 43. num. 11. Ruin. conſ. 89. num. 21. lib. 2. Surd.
conſ. 67. num. 43.* vbi dicit rationem, quia tunc non
16 fideicommiſſum eſt cauſa prohibitionis, † ſed è con-
tra conſeruatio agnationis eſt ratio, & cauſa tam
fideicommiſſi quam prohibitionis, ideoquè non de-
bet attendi cauſatum ſed cauſa ipſa, ideſt ratio quæ
eſt principalis *Laderch. conſ. 6. num. 6. Pereg. dicto conſ.
45. ſub num. 19. verſ. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 753. nu. 3. Bello.
Iun. conſ. 12. nu. 65. & fuit dictum in Peruſina fideicom-
miſſi de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605. *coram bon. mem.
Litta impreſſ. apud Giouag. reſp. 75. num. 83. lib. 1.*

Non obſtat quod fideicommittens in codicillis
17 † moriente Paſquali ſine filiis Herminiam eius vxo-
rem reliquerit vſufructuariam, vnde elicitur affectio
fideicommittentis erga fæminas earumque incluſio
in verbis communibus fideicommiſſi, quia non bene
18 † ab vſufructu ad proprietatem, neque eſt inconue-
niens quod fideicommittens voluerit vxorem filij
preferri, & poſt eius obitum agnationem conſeruari
*Socc. Iun. conſ. 116. num. 10. lib. 3. Rot. deciſ. 427. num. 43.
part. 5. recent.* Præter quod huiuſmodi diſpoſitio co-
19 dicillaris non nocet vocatis † ex fideicommiſſo antea
facto in contractu non ſtipulatione Notarij pro ab-
ſentibus, & naſcituris, quicquid dicendum eſſet ſi in
vltima voluntate *vt fuit deciſum in Romana hæredita-
tis de Anguillaria* 2. *Decembris* 1596. *coram bon. mem.
Penia.*

Rurſus non obſtat quod hodie non extent tres do-
munculæ quas Ioannes fideicommittens poſſedit, ſed
poſt eius mortem dirute fuerint, ac vna conſtructa
longe melior. Quia imò Ioanne viuente domunculas
fuiſſe redactas in vnam eamque melioratam apparet
ex ipſo inſtrumento diuiſionis, & fideicommiſſi, in
quo domus in numero ſingulari enunciatur ibi *della
caſa in Piazza, &c.* & infrà ibi *in eorum Domo, &c.*
iuncto alio inſtrumento anni 1614. inter Egidium, &
Paſqualem filios Ioannis, in quo dicitur Ioannem
dum vixit & ipſos Egidium, & Paſqualem feciſſe deſu-
per diuerſa melioramenta, quæ in totum ceſſerunt
commodo Ioannis, cui tunc ratione patriæ poteſtatis
20 † quærebatur quicquid filij augebant, & acquire-
bant, *l. ſi venditor § ſi pupillus ff. in diem addi ct. leg. cum
oportet. Cod. de bon. que lib. Pacian. conſ. 31. num. 49.
Grat. diſcept. 433. num. 10.*

Et quamuis multa exhibeantur ad docendum de
expenſis factis in hac domo à Paſquale poſt mortem
patris, tamen ſunt ſcripturæ priuatæ, & inter alios
actæ poſt motam litem, nec docetur de ſtatu anteriori
21 domus, quo non probato † apparere non poteſt quid
fuerit melioratum *Bart. in l. ſi negocia num. . . ff. negoc.
geſt. Curt. Iun. conſ. 165. num. 20. Seraph. deciſ. 952. num. 2.
deciſ. 1453. num. 5. Buratt. deciſ. 834. nu. 11.* vt requiritur,
quia expenſæ potuerunt eſſe voluptuariæ vel inutiles,
22 & actor non quid impenſum, † ſed facta extimatione
melioramentorum de tempore reſtitutionis fidei-
commiſſi quod minus eſt ſoluere debet melioranti
*l. in fundo ff. de rei vend. Valaſc. de Iur. Emphit. quæſt. 25.
num. 28. Pereg. de fideicomm. art. 50. numer. 70. & ſeqq.
Seraph. deciſ. 898. num. 1. Rot. deciſ. 399. num. 47. part. 5.
recent.*

23 Imò vltrò probandum eſſet † quod melioramenta
eſſent neceſſaria cum enim facta fuerint poſt quam
die 28. Maij 1630. ad inſtantiam fideicommiſſariorum
iudicialiter denunciatum fuerat Paſquali ne ſuper do-
mo aliquid faceret, minuſque illam in totum vel in
partem reſarciret Summario Michaelis num. 1. eſto
24 quod melioramenta probarentur vtilia † non eſſent
reficienda propter temeritatem, & malam fidem ex
dicta denunciatione inductam in meliorante, cui pro-
pterea conceditur ſolum eorum abraſio, quatenus ſe-
parabilia ſint abſque læſione prioris ſtatus *l. domum
in fin. C. de rei vendic. Bart. in d. l. in fundo ſub num. 11.*
25 quod hoc procedit in impenſa vtili † facta in reficien-
do de nouo poſſeſſor ammittit, & *Bart. ſequitur Caſt.
in dicta l. domum num. 3. Ang. in §. certè illud colu. 1. in
fin. inſt. de rer. diuiſ. Valaſc. conſult. 83. num. 19. Gabr.
conſil. 157. ſub numer. 3. ibi neque in vtilibus in reficiendo
26 lib. 1.* Et generaliter quod expenſæ vtiles † factæ poſt
denunciationem non deducantur *Albert. in leg. intra
vtile num. 40. in fin. ff. de minor.* vbi data hanc cautelam
27 uenunciandi † poſſeſſori, ne faciat expenſas *Cagn. in
l. vnica num. 73. Cod. ſent. que pro eo Bald. conſ. 257. num.
3. lib. 1. Menoch. de recup. remed. 15. num. 540. Mareſc.
var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 33. Grat. diſcept. 193. num. 11.
qui n. 12. hoc ampliat, quando vt in caſu noſtro denuncia-
tio fuit iudicialis.*

Quo verò ad bona exiſtentia in territorio Caſciæ
28 dixerunt Domini eſſe dandam immiſſionem, † quia
illorum identitas, & quod poſſeſſa fuerint a fideicom-
mittente conſtat ex inſtrumentis acquiſitionum cum
29 clauſula conſtituti, † quæ probat poſſeſſionem con-
ſtitutarij contra aduerſarios habentes ab eo cauſam
*Surd. conſ. 505. num. 4. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 618. num. 3.
verſ. 2. Rot. in Auximana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1640.
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano §. reſpectu deniquè*;
30 præſertim † concurrentibus adminiculis *Pereg. de
fideicomm. art. 44. num. 4. Petra eodem tract. quæſt. 12.
31 num. 31. vſque ad 45.* & adminicula ſunt † liber æſtimi
*Alex. conſ. 92. num. 5. lib. 2. Alba conſ. 6. num. 8. Fuſar. d.
quæſt. 618. num. 18. Rot. in dict. Auximana fideicommiſſi
32 §. de cataſto*, & ſucceſſiua poſſeſſio † eorumdem bo-
norum penes ſucceſſores fideicommittentis *Pereg.
conſ. 48. num. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 80. num. 17. part. 2. diuerſ.
deciſ. 706. num. 2. par. 2. rec. cum aliis allegat. in d. Auxi-
mana fideicommiſſi.*

Ex quibus, & aliis in prima deciſione deductis re-
ſolutum fuit dandam eſſe immiſſionem Michaeli in
poſſeſſionem domus in Vrbe exaduerſo poſſeſſæ, &
bonorum Caſciæ vtraque parte informante.

LICIEN.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

## LICIEN PECVNIARIA.

*Veneris 29. Maij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Cambia abſque litteris dell'andata, e del ritorno tanquam ſicca, & vſuraria non debentur Onus probandi litteras fuiſſe tranſmiſſas ſpectat ad creditorem, cum ſufficiat debitori negare illorum tranſmiſſionem, & hæc negatiua dicitur probata eo ipſo quod creditor illas non exhibet.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum Cambij probat obligationem debitoris de reſtituendo pecuniam receptam.*

2 *Hæres non poteſt in præiudicium legatarij rem legatam indotem aſſignare, nec de ea diſponere.*

3 *Debitor non liberatur ſoluendo alij, quam vero creditori.*

4 *Hæredi aſſerenti ſe aliquid feciſſe de mandato teſtatoris non creditur, quia mandatum probandum eſt per duos teſtes.*

5 *Scriptura inſerta in aliquo Inſtrumento vt fidem mereatur requiritur quod inſertio fuerit facta cum decreto Iudicis alius ſemper viget ſuſpicio antidatæ ſcripturæ inſertæ.*

6 *Cambia non debentur non docto de litteris, quas vocant dell'andata, e del ritorno, ſine quibus ſicca ſunt, & vſuraria.*

7 *Cambia quando ſunt ſicca, fructus ſoluti ipſo iure cedunt in ſortem.*

8 *Solutum pro vſuris computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet..*

9 *Litteræ cambij præſumuntur tranſmiſſæ eo ipſo quod debitor ſoluit, alias enim ſine illis cambia non ſoluiſſet.*

1ↄ *Et onus probandi litteras non fuiſſe tranſmiſſas incumbet debitori.*

11 *Et interim donec debitor probet tranſmiſſionem retardari nequit executio pro tota ſorte.*

12 *Solutio cambiorum non poteſt plus operari, quam explicita partim confeſſio, quod litteræ cambij fuerunt tranſmiſſæ, quæ tamen confeſſio non releuat creditorem ab onere probandi tranſmiſſionem.*

13 *Aſſertioni partium non ſtatur in materia ſuſpecta vſurarum, cum partes poteſtatem non habeant faciendi licitum, quod eſt illicitum.*

14 *Creditor probare tenetur realitatem cambiorum.*

15 *Ampla etiam non obſtante ſolutione, cum ſemper ſit fundamentum eius intentionis ſiuè agat pro executione cambij ſiue pro ſorte, & redditur ratio.*

16 *Solutum pro cambiis lex interpretratur in cauſam ſortis, quando non ſunt realia.*

17 Deciſ.536.num.4.part.1.recent.declaratur.

18 *Cambia non debentur non probata tranſmiſſione litterarum ſaltim per litteras del ritorno.*

19 *Negatiua tranſmiſſionis litterarum Cambij dell'andata, & del ritorno probata dicitur ex parte debitoris ſi negat illarum tranſmiſſionem, & creditor eas non exhibet, & num.20.*

21 *Vſuræ ſumus reſultat ex vniformi ſolutione Cambiorum videlicet ad rationem decem pro centenario.*

22 *Cambia regulariter eſſe non ſolent vniformia.*

23 *Vſuras fuiſſe palliatas ex quibus deducatur.*



## DECISIO CXXX.

MOto Iudicio in partibus coram Vicario licienſi contra Io.Dominicum Condo ſuper ſolutione ſortis principalis cambij ducatorum 800. ad inſtantiam Octauij cauſam habentis à Philippo, quem Paulus creditor originarius dicti cambij in ſumma ducatorum 2300. hæredem particularem in eadem ſumma inſtituerat, emanauit ſententia declarans inſtrumentum cambij inexequibile, cambia eſſe ſicca, & illicita, & propterea ſolutiones factas eſſe computandas in ſortem.

A.C. verò Iudex appellationis à dicta ſententia per Octauium interpoſitæ condemnauit Io.Dominicum ad ſolutionem ducatorum 720. reſeruatis creditori iuribus pro reſiduo ſortis, & cambiis. A qua ſententia delatum fuit Iudicium in tertia inſtantia ad Rotam coram me, & hodiæ propoſito dubio; An Io. Dominicus teneatur ad ſolutionem ducatorum 800. reſolutum fuit teneri ad ſolutionem ducatorum 720. tantum, nam pro ea ſumma clarum eſt inſtrumentum
1 cambij † quod obligationem debitoris de reſtituendo pecuniam receptam probat *Bald in l.intereſt in vltimo notabili Cod ſolut. Bart. in l.1.num.8. & ibi Iaſ. nu. 10 ff.noui oper.nunciat. Rota deciſ. 60. num.1. deciſ.431. num.1.part.1.recent.*

Nec minuitur ex ſolutione ſcu. 1078. ſolutorum Paulo dùm viueret, & ſcutorum 231. ſolutorum Hieronymo illius hæredi, quia vtraque ſumma originali ſcutorum 2300. creditum adhuc excedit ſcu.800. ceſſa Octauio actori. Alia autem partita ſcu.1500. aſſignata per Hieronymum Pauli filiorum Io. Philippo Prato pro dote Æmilianæ ſororis non eſt in calculum referenda, quia inſtrumentum aſſignationis celebratum fuit longè poſt quam per mortem Pauli purificata fuerat inſtitutio ad fauorem Philippi auctoris Octauij,
2 in cuius propterea præiudicium † aſſignatio facta ſorori per Hieronymum Pauli hæredem non tenet *gloſſ. in l.ſi conuenerit verb.aliud nauis verſ.ſed ibi ff pignorat.act. Iaſ.in l.ſeruum filij 46.§.ſi pocula ſub num. 3. in gloſſ.verbo conſiſteret ff.legat.1.per text.in leg.cætera §. vlt.in fin.ff.eodem, l.ſi his qui ff. vſufruct. legat. Grat. diſcept.251. num. 21.* & per conſequens ſolutio poſt
3 modum facta Æmilianæ, † ſeu eius viro qui vere creditor non erat non liberauit debitorem *l. 2. vbi gloſſ. ff.vt legatorum nomin.can. l eius qui vbi gloſſ. & DD. ff. ſi cert.petat. l.qui alienam §.quanquam ff.negoc.geſt.leg. filiæ ff.ſolut. Alex.conſ.37.num.1.lib.3. Grat. diſcept. 636. num.1. Surd.deciſ.60.num.1.*

Non obſtat quod in inſtrumento aſſignationis celebrato vt ſupra poſt mortem Pauli inſerta fuerint capitula matrimonialia, Paulo viuente, ac de eius mandato ſubſcripta à Hieronymo filio, quia de huiuſmodi mandato non conſtat, niſi ex aſſertione ipſius Hieronymi ſubſcribentis, cui non creditur,
4 † quia mandatum probandum eſt per duos teſtes *Imol.conſil.91.num.1. Marſil.ſing.471.num. 2. vbi dicit* benè notandum tanquam quotidianum, *& in Rub. Cod.de probat.num.309. Deci.conſil.510.num.2. Lancellot.Galli conſil.91.num.13.lib.1. Grat.diſcep.248.num.15. Rot.deciſ.60.num.12.part.ſept. recent.* Eoque minus creditur, quia dicta capitula inſerta fuerunt abſque
5 decreto Iudicis quod requirebatur † vt fidem facerent, & euitaretur ſuſpicio quod cùm Antidata defuncto Paulo prodierint in lucem *Gratian.diſcept.693. n. 1. Afflict.deciſ.273.num.4.in fin. Creſcen. deciſ. 1. de probat. Buratt.dec.108.n.1. & fuit dictum in Terulem. Parochialis 4. Decembris 1623. coram bon.mem. Merlino.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Reliquum autem vltra ſcuta 720. non deberi Rota
cenſuit attenta ſolutione aliorum ſcu. 80. quæ, & ſi ſo-
luta fuerint pro cambiis, quia tamen cambia non de-
6 bebantur † non docto de litteris quas vocant dell'-
antada, e del ritorno, ſine quibus ſicca ſunt, & vſuraria
*Nauarr. in reanual. cap. 16. tit. de vſur. circa camb. verſ.*
*Molfeſ. conſ. 9. num. 34. lib. 1. Anton. de Amat. reſol. 27.*
*num. 18. Bellon. deciſ. Ianuen. 37. num. 11. Rota deciſ 52.*
7 *num. 4. part. 1. recent.* ipſo iure † ceſſerunt in ſortem
*l. ſi non ſortem in princip. ff. cond. indebit. vbi Bart. nu. 4.*
8 *ait.* ſolutum pro vſuris † computatur directo in ſor-
tem niſi pro ſorte ſolutum fuiſſet *l. poſt rem iudicatam*
*§. 1. verſ. ſi tamen ff. tranſ. Fran. Ant. Coſt. conſ. 9. num. 4.*
*Ciriac. controuerſ. 540. num. 55. & 56. Surd. deciſ. 328. nu.*
*14. & 17.*

Nec releuat præſumptio quod de litteris cambij
9 † fuerit doctum tempore ſolutionis nam alias debitor
cambia non ſoluiſſet *l. cum de indebito ff. probat. Alb.*
*conſ. 523. num. 6. Rot. Ianuen. deciſ. 26. ſub num. 24.* ideo-
10 que litteræ non fuerint tranſmiſſæ *Grat. diſcept. 569.*
*num. 27. & 28. Rot. deciſ. 27. num. 23. & ſequent. part. 5.*
11 *recent.* & interim non poſſet retardari executio † pro
tota ſorte *Rot. deciſ 536. ſub num. 4. verſ. dum verò par.*
*1. recent.*

Quia ſolutio cambiorum non poteſt plus operare
12 † quàm explicita partium confeſſio quod litteræ fue-
runt tranſmiſſæ, quæ tamen non releuat creditorem
ab onere probandi tranſmiſſionem *Rot. deciſ. 287. num.*
*21. & 22. deciſ. 292. num. 3. & 4. part. 7. recent. Bald. in l.*
*rogaſti § ſi tibi num. 7. ff. ſi cert. pet.* nam in materia ſu-
13 ſpecta vſurarum † non ſtatur aſſertioni partium cum
poteſtatem non habeant faciendi licitum quod eſt
illicitum *ex notatis per Bart. in l. ſi forte num. 4. & 5 ff.*
*Caſtren. pecul. Iaſ. in l. ſi donatione num. 4. ff. collat.*

14 Itaque ſicuti creditor † probare teneretur realita-
tem cambiorum circum ſcripta eorum ſolutione *Rot.*
*deciſ. 951. in fin. lib. 3. part. 3. diuerſ. deciſ. 32. nu. 21. coram*
*Reuerendiſſ. Vrgellen.* ita tenetur ſolutione non obſtan-
15 te † cum ſemper ſit fundamentum eius intentionis,
ſiuè agat pro executione cambij, ſiuè pro ſorte, & re-
plicet aduerſus debitorem excipientem de ſolutione,
habet enim debitor fundatam intentionem inquie-
tantia, & dum creditor replicat illam loqui de cam-
biis non de ſorte probet oportet quod cambia erant
16 realia, cum alioquin ſolutum pro cambiis † lex inter-
pretetur in cauſam ſortis *Roman. conſ. 238. num. 1. quem*
*ſequitur Caſtill. deciſ. 99. num. 1. & late diſcuſſo articulo*
*fuit in his terminis deciſum in Romana Cambij* 17. *Fe-*
*bruarij* 1642. *coram me in qua deciſ. reſpondetur omni-*
*bus exaduerſo deductis, & allegatis excepta deciſ. 536.*
17 *ſub num. 4. part. 1. recent.* † quæ non agebatur de cam-
biis ſed de alio intereſſe, quod clarum non erat, an
18 eſſet indebitum; at cambia † clarum eſt non deberi,
niſi probetur tranſmiſſio litterarum ſaltim per litte-
ras del ritorno.

Vel in omnem euentum quatenus debitori incum-
beret onus probandi negatiuam realitatis cambiorum
19 concludenter dicitur † probaſſe eo ipſo quod negat
adeſſe litteras dell'andata, e del ritorno; cum enim
affirmatiua ex conſtitutione Pij V. requirat literas
20 dum illæ à creditore non exhibentur, † negatiua eſt
in probatis, vt in puncto *Rot. deciſ. 775. ſub num. 1. verſ.*
*cum ex reuolutione par. 4. diuerſ. & in d. Romana cambij*
*coram me vbi allegantur concordantes.*

Et in hanc ſententiam eo facilius Domini vene-
21 runt quia non tenuis vſuræ fumus reſultat † ex vni-
formi ſolutione cambiorum ad rationem decem pro
22 centenario, cum tamen cambia eſſe non ſoleant † vni-
formia. *Molin. de contract. diſput. 410. num. 6. Seraph.*
*deciſ. 599. num. 1. deciſ. 946. num. 4.* iuncta præſertim ta-
xatione facta in inſtrumento ad eamdem rationem
ducatorum decem pro centenario, quamuis concepta
ſit per non exceſſum, videlicet quod intereſſe cam-
biorum non excedat decem nam hoc colore palliatas
23 fuiſſe vſuras † conſtat ex obſeruantia ſubſecuta ſolu-
tionum factarum ad rationem ſcutorum 10 vt in pun-
cto animaduertit *Franciſcus Salern. conſ. 47. ſub nu. 53.*
*verſ. in noſtro lib. 1.*.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## ANCONITANA BONORVM.

*Lunæ 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ probat veram numeratio-
nem, concurrentibus adminiculis, & plura de deciſio-
ne enumerantur adminicula, ex quibus talis confeſſio
vera conuincitur. Mulier non præſumitur de eius
credito dotali ſatisfacta ex quo tanquam Tutrix ad-
miniſtrauit bona filiorum, niſi conſtet ad eius manus
tot bona perueniſſe, ex quibus potuerit ſatisfieri, alias
enim ſemper mulieri competit actio, pro conſecu-
tione crediti dotalis, nulla habita ratione, an Inuen-
tarium confecerit necne? quia ſpeciale eſt in dote, ne
eius reſtitutio retardetur exceptione adminiſtratio-
nis bonorum viri.

### *SVMMARIVM.*

1 *Res iudicata excluditur ſtante iniuſtitia ſententiæ.*
2 *Iudex commiſſarius ſiue delegatus procedere debet iuxta formam commiſſionis.*
3 *Confeſſio viri de dote recepta probat veram illius numerationem, concurrentibus adminiculis de quibus infra num. 5. & ſeqq.*
4 *Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur.*
5 *Confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem quando conſtat de promiſſione præcedenti, quæ tollit præſumptionem ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis.*
6 *Et ſtante dicta promiſſione præcedenti non poteſt viduæ opponi exceptio non numeratæ dotis, nec ab hæredibus, nec à creditoribus viri medio tempore creatis.*
7 *Promiſſio dotis licet non aliundè probetur, quam per apocam priuatam inſertam in Inſtrumento dotali abſque decreto iudicis omnino requiſito vt apoca fidem faceret, nihilominus inſeruit pro adminiculo, & num. 8.*
*Scriptura inſerta in aliquo Inſtrumento, vt fidem faciat requiritur, quod fuerit inſerta præuio Iudicis decreto, ibid. num. 7.*
9 *Item confeſſio dotis receptæ veram numerationem probat ſtante promiſſione iurata viri de dote reſtituenda in caſum reſtitutionis tam conſtante, quam ſoluto matrimonio.*
10 *Item ſi conſtat maritum penes ſe vxorem retinuiſſe, & ſpatio longi temporis aluiſſe, nam alias veriſimile non eſt, quod maritus alimenta præſtitiſſet.*
11 *Hæc tamen coniectura de per ſe ſola non ſufficit, iuncta verò cum aliis plurimum confert.*
12 *Item ſi concurrit ſolutio partis dotis, nam confeſſio in parte vera talis præſumitur in totum.*
13 *Maritus ſi emit à debitore dotis rem aliquam, tunc illius pretium cenſetur ceſſiſſe in cauſam dotis, ſi non apparet à marito ſolutum in contanti, ſed ſolum confeſſatum.*

14 *Item*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

14 *Item probatur numeratio dotis, ſi concurrit lapſus temporis ad excipiendum de non numerata dote.*

15 *Item ſi ſoluto matrimonio fuit contra bona hæreditaria viri relaxatum mandatum pro reſtitutione dotis, & facta illius reſtitutio ab hæredibus viri.*

16 *Præſcriptio cenſetur interrupta per Iudicium motum.*

17 *Præſcriptio non perimit actionem ipſo Iure, ſed ope exceptionis.*

18 *Mulier præſumitur de eius credito dotali ſatisfacta, ſi tutelam filiorum adminiſtrauit, nullo confecto Inuentario Declara vt num. 22.*

19 *Iocalia cum inſeruire ſoleant ad ornatum vxoris præſumuntur penes eam fuiſſe conſtante matrimonio, eoque ſoluto retenta, niſi contrarium probetur, num. 20.*

21 *Mulier ſi alienauit ſoluto matrimonio bona viri, & pretium apparet fuiſſe verſum in extinctionem æris alieni eiuſdem viri, imputari nequit in eius creditum dotale.*

22 *Rota circa præſumptam ſatisfactionem mulieris reſultan. ex adminiſtratione tutelæ ſequendo doctrinam* Neguzant. de pignor. 5. memb. 5. parte num. 36. *eam præſumptionem non admittit, niſi probetur ad manus mulieris tot bona perueniſſe ex quibus potuerit ſatisfieri.*

23 *Nulla habita ratione an mulier confecerit Inuentarium necne, quia ſpeciale eſt in dote, vt eius reſtitutio non retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri.*

24 Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. num. 69. *quo caſu loquatur?*

25 *Melioramenta quando non ſunt liquida, tunc præſtatur cautio de reficiendo poſtquam fuerint liquidata.*

26 *Ceſſio crediti non ſuffragatur ceſſionario non docto de credito ceſſo apud cedentem.*

## DECISIO CXXXI.

SPeciali commiſſione Sanctiſſimi ad inſtantiam Societatis Sanctæ Annæ Grecorum, & Marinoti Chriſtophori creditorum q. Camilli de Gabrielibus, præuia narratiua quod Maria, & alij hæredes Nicoloſæ olim vxoris d. Camilli retinerent pro dote bona eius valorem excedentia, demandata fuit Iudici de partibus ſubhaſtatio eorumdem bonorum ad effectum ſatisfaciendi primo loco dd. hæredibus de credito dotali, & deinde aliis creditoribus.

Cuius commiſſionis vigore Iudex mandauit bona ſubhaſtari, & ex precio ſatisfieri diuerſis creditoribus Camilli, non tamen dd. hæredibus Nicoloſæ, qui propterea cauſam appellationis introduxerunt in Rota, vbi cum exaduerſo allegaretur, quod ſententia primi Iudicis tranſierat in iudicatum, propoſui dubium, an conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda, fuitque negatiuè reſponſum ob notoriam ſententiæ
1 iniuſtitiam, † quæ excludit rem iudicatam, *Rota dec. 151. num. 3. deciſ. 260. numer. 7. par. 1. recent deciſ. 594. num. 4 part. 2. add ad ſa. mem. Greg. X V. deciſ. 1. num. 6.*

2 Debuit enim Iudex pronunciare iuxta formam commiſſionis, quod præ cæteris ſatisfieret ex præcio bonorum hæredibus Nicoloſæ de credito dotali,
3 quod ſatis probatur per † confeſſionem Camilli viri de dote recepta, concurrentibus adminiculis, *Bald. in l. 1. ſub num. 4. verſ. vndè quæritur Cod. de priuil. dot. Curt. Sen. conſ. 70. ſub num. 4. Aym. conſ. 40. num. 4. Bero. conſ. 60. nu. 43. lib. 2. Mohedan. deciſ. 2. num. 2. de confeſſ. Rota deciſione* 102. *num. 17. part. 2. diuerſ. deciſ. 62. num. coram ſa. me. Greg. X V. deciſ. 108. num. 21. coram bo. me. Buratto.*

Et in caſu noſtro vltra generalem præſumptionem,
4 † quod matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur, *Socc. conſ. 8. num. 12. lib. 2. Aym. d. conſil. 40. num. 1. in fin. & num. ſeqq. Surd. conſ. 489. num. 12. Rota deciſ. 24. num. 4. par. 7. recent.* Concurrit primo præcedens promiſſio dotis, quæ tollit † præſumptionem
5 ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis, itaut viduæ non poſſit opponi † exceptio non nume-
6 ratæ dotis, † nec ab hæredibus, nec à creditoribus viri medio tempore creatis, *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 7. nu. 6. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 8. num. 13. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 9. n. 10. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. fin. gloſſ. vnica num. 35. & ſeq. Seraph. deciſ. 795. nu. 1.*

Et licet de promiſſione dotis non conſtet, niſi per
7 apocam priuatam † in Inſtrumento confeſſionis de recepto inſertam abſque decreto Iudicis, quod requirebatur, vt apoca fidem faceret *Grat. diſcept 693. num. 1. Affict. deciſ. 273. num. 4. in fin. Creſc. deciſ. 1. de probat. Burat. deciſ. 108. num. 1. & fuit dictum in Terulen. Parochialis 4. Decembris 1623. coram con mem. Merlino.*
8 negari tamen non poteſt, † quin ea apoca inſeruiat pro adminiculo, prout quælibet alia ſcriptura informis, *l. inſtrumenta domeſtica Cod. de probat. Bald. conſil. 204. nu. 7. lib. 3. Caputaq. deciſ. 234. par. . Rot. dec. 198. num. 60. deciſ. 310. n. 3. par. 1. recent.*

9 Secundò adeſt promiſſio iurata † viri de dote reſtituenda in caſum reſtitutionis tam conſtante, quam ſoluto matrimonio, quam pro coniectura veritatis confeſſionis adducit in his terminis, *Bald. Nouell. in repet. l. 1. num. 198. & 203. ff. ſolut. matrim. & in tract. de dote in princip. colun. 5. verſ. nec obſtat. Surd. conſil. 489. numer. 16. verſ. 5. concurrit, Ioſeph Ludouicus deciſione Peruſin. 66. numer. 11. Rota deciſ. 24. num. 8. par. 7. recent.*

Tertiò maritus poſt dictam confeſſionem penes ſe
10 vxorem retinuit aluitque † per viginti annos, vndè deduci ſolet coniectura veræ ſolutionis dotis, quia alias vereſimile non eſt, quod maritus alimenta præ-
11 ſtitiſſet, & quamuis hæc ſola coniectura † non ſufficiat, iuuat iuncta cum aliis, *Aretin. in §. fuerat. ſub nu. 45. inſtit. de act. Socc. conſ. 82. num. 3. lib. 3. Dec. conſ. 536. ſub num. 10. Gregor. X V. deciſ. 62. num. 5. deciſ. 24. num. 11. deciſ. 160. num. 3. & 4. par. 7. recent.*

12 Quarto validiſſimam coniecturam facit ſolutio partis dotis aliundè probata, nam confeſſio in parte vera talis præſumitur in totum, *Dec. d. conſ. 563. ſub. nu. 10. Aym. conſ. 158. num. 6. in fin. Gregor. d. deciſ. 62. num. 7. & d. deciſ. 24. num. 9. deciſ. 160. num. 2. par. 7. recent.* Nimirum iocalia, quæ in Inſtrumento dotis in eius computum debentur fuiſſe tradita viro conſtat ex ipſa confeſſione aduerſariorum, dum allegant illo ſoluto matrimonio remanſiſſe penes viduam ideoque accepto ferenda hæreditati viri in calculo reſtitutionis dotis. Pariterque apparet fuiſſe viro ſolutum pretium vineæ nuncupat. S. Mariæ Poſatore, quam in Inſtrumento dotali fuerat conuentum tradi poſſe in ſolutum partis dotis. Nec obſtat quod vinea fuerit conſignata viro ex cauſa venditionis, quia quod eius
13 pretium verè ceſſerit in cauſam dotis † conuincitur ex eo quod illud non legitur à viro ſolutum, in contanti, ſed ſolum confeſſatum, & eadem die vir ad fauorem venditoris ſimulque debitoris dotis emiſit confeſſionem de dote recepta ad tradita per *Ripam in l. ſi ventri §. fin. nu. 10. ff. priuil. cred. Menoch. de arbitr. caſ. 432. n. 38. & præſumpt. 55. n. 8. lib. 3. Surd. deciſ. 55. n. 9. Rot. deciſ. 481. n. 6. par. 5. recent.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

14 Quintò accedit lapſus temporis † ad excipiendum
de non numerata dote, mandatum vſque de anno
1625. ab A.C. relaxatum contra bona hæreditaria viri
15 † pro reſtitutione dotis, eiuſque actualis reſtitutio fa-
cta ab hæredibus viri in corporibus, quæ poſtmo-
dum in vim ſupracitatæ commiſſionis Sanctiſſimi
Iudex primæ inſtantiæ mandauit ſubhaſtari; ac tan-
dem narratiua aduerſarium in eadem commiſſione,
quod dicta corpora excedebant creditum dotis, alle-
gando enim huiuſmodi exceſſum videntur agnouiſſe
veritatem crediti dotalis.

Non obſtat præſcriptio 30. annorum ab anno 1590.
per mortem viri ſolutum fuit matrimonium. Quia
16 fuit interrupta per iudicium motum † coram A. C.
attento tempore non relaxationis mandati, ſed peti-
tionis, vt debet *Abb. in cap. 2. num. 21. verſ. poſſit tamen
de ordine cognit. Balb. de præſcript. par. 6. princip. qu. 4.
num. 38. Rot. deciſ. 164. num. 3. par. 2. recent.* & ſufficit
quod in eo iudicio non fuerit oppoſitum de præſcri-
17 ptione, vt opus erat, quia non perimit † actionem ipſo
iure ſed ope exceptionis *Balb. de præſcript. par. 1.
princip. quæſt. 8. per tot. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 18.
num. 27. & 28 Ciriac. controu. 388. num. 22. & 23. Boer
deciſ. 344. num. 6. Guid. Pap. deciſ. 221.*

Maior difficultas verſatur circa ſatisfactionem,
tum præſumptam ex quo Nicoloſa tutelam filiorum
18 adminiſtrauit † nullo confecto Inuentario, vt per
*Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. n. 69.* eoque magis quo ad
ſummam ſcutorum 1356. pro quibus fuerunt in par-
tem dotis tradita viro iocalia, quia cum illa inſeruire
19 ſoleant † ad ornatum vxoris, *l. quamuis ff. arg. & aur.
20 legat.* præſumuntur penes † eam fuiſſe conſtante ma-
trimonio, ipſoque ſoluto retenta, niſi contrarium
probet *Fontanell. de pact. nupt. tom 2 clauſ 6. gloſſ. 2. par.
7. num. 16. Rota deciſ. 225. num. 15. & 16. par. 6. recent. &
in Romana Separationis Dotis 28. Ianuarij 1641. coram
R.P.D. meo Cerro.* Tum veram, quia ex Inſtrumentis
publicis patet Nicoloſam alienaſſe diuerſa corpora
hæreditaria viri, & prætium recepiſſe.

Cæterum quoad alienationes huiuſmodi, præter
vnam factam de anno 1626. ad fauorem illorum de
inuictis pro præcio ſcut. 2150. aliarum pretium, nedum
recepit Nicoloſa, ſed & filij qui ſimul cum matre
21 alienauerant, & cum appareat † verſum in extinctio-
nem æris alieni Patris *Summ Gabriell. num. 12. & tribus
ſeqq.* non poteſt imputari in creditum dotale mulieris
*vt fuit dictum in ciuitatis Vetulæ Dotis* 27. *Februarij*
1643. *coram R.P. Domino meo Cero.*

Quo verò ad præſumptionem reſultantem ex ad-
22 miniſtratione tutelæ Rota † ſequendo doctrinam
*Neguſ. de pign. 5. memb. 5. par. num. 36.* eam præſumptio-
nem admittere non ſolet, niſi probetur quod ad ma-
nus mulieris peruenerint tot bona, ex quibus potue-
rit ſatisfieri, *Seraph. deciſ. 1455. num. 1. & ſeq. & fuit
deciſum in deciſ. 275. num. 4. par. 4. recent. deciſ. 14. num.
8. & 9. par. 5 & in Romana Dotis 6. Aprilis 1612. coram
bon. mem. Sacrato in Viterbien. Reſtitutionis dotis 23.
Iunij 1623. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, &
23 alias paſſim, nulla habita ratione † an mulier confece-
rit inuentarium, necne, quia ſpeciale eſt in dote, vt
eius reſtitutio non retardetur exceptione adminiſtra-
tionis bonorum viri cum ſit illiquida non docto de
quantitate bonorum ad mulieris manus perueniorum,
24 & *Eſcobar. ex aduerſo allegatus*, † non loquitur de
dote, ſed generaliter de tutore, qui doloſè omiſit ſcri-
bere aliquid in Inuentario.

Igitur admiſſa reſtitutione dotis pro rata ſcutorum
2150. redactorum ex venditione facta vt ſupra illis
de inuictis, necnon ſcutorum 1356. in iocalibus ita
extimatis in Inſtrumento confeſſionis de recepto
*Summ. Gabriellis num. 2.* adhuc ſupereſt creditum do-
tale in ſcutis 846. de quibus ſaltem debuiſſet habere
ratio in ſententia de partibus.

Non tamen DD. cenſuerunt ſuffragari hæredibus
Nicoloſæ ceſſiones iurium, quas reportarunt à credi-
toribus viri, aut exceptionem melioramentorum.
Quia pro his Iudex mandauit præſtari cautionem de
25 reficiendo † poſtquam fuerint liquidata, & quoad
26 ceſſiones non probatur creditum cedentium, vt re-
quirit, *ſi nomen Cod. hæred. vel act. vendit. Rot. deciſ. 163.
num. 6. & 7. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 114. num. 14. par.
7. recent.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

## BONONIEN. LEGATI.

*Lunæ 8. Iunij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Legatum conditionale valdè differt à pœnali. Con-
ditionale dicitur, quando præcedit inſtitutio pura, &
nullo intermedio præcepto de aliquid faciendo, ſe-
quitur ſimplex ademptio ſub conditione negatiua ſi
hæres aliquid non fecerit aut dederit. Pœnale dicitur
legatum, quando inſtitutio eſt pura, & poſtea iniun-
gitur aliquod onus hæredi, & ſi illud non impleat pri-
uatur relicto tunc enim ademptio dicitur in pœnam
contrauentionis. Legatum pænale non purificatur,
niſi concurrat mora hæredis in adimplendo, & ad
hunc effectum non ſufficit mora inregularis ſed requi-
ritur mora regularis contracta per interpellatio-
nem.

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum conditionale differt à pænali.*
2 *Legatum dicitur conditionale quoties præcedit inſti-
tutio pura nullo iniuncto præcepto de aliquid dan-
do vel faciendo, ſed ſequitur ſimplex ademptio ſub
conditione negatiua, ſi hæres aliquid non fecerit aut
dederit.*
3 *Conditio reſolutiua diſpoſitionis in vltimis voluntati-
bus facit relictum videri factum ſub contraria con-
ditione.*
4 *Legatum pænale dicitur quando inſtitutio eſt pura,
& poſtea iniungitur hæredi aliquod onus, & ſi illud
non impleat priuatur relicto tunc ademptio dicitur
in pænam contrauentionis.*
5 *Ad legatum pænale faciendum, oportet quod præcedat
præceptum teſtatoris de aliquid faciendo.*
6 *Pæna eſt quando præcedit præceptum de aliquid fa-
ciendo.*
7 *Diſpoſitio teſtatoris vt valeat in vim pænæ requiritur
quod præceptum aliquod præcedat.*
8 *Teſtator adimendo legatum poſt præceptum iniunctum
cenſetur voluiſſe illud adimere principaliter in
odium hæredis, qui præceptum ſprenit non in fauore
legatarij.*
9 *Legati ademptio quod ſit in pænam, & odium hære-
dis non adimplentis colligitur ex modo relinquendi,
quo teſtator vſus fuit in teſtamento.*
10 *Pænæ in teſtamentis quomodo adſcribantur ſi conſi-
ſtunt in aduerſatiua tacita aut expreſſa?*
11 *Teſtator ſi reliquit legatum annuum ſoluendum per
hæredem, & in caſu non ſolutionis ſubrogauit fun-
dum maioris redditus, cenſetur id reliquiſſe in pæ-
nam & vindictam contrauentionis.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

12 *Teſtatoris coniecturata voluntas ſufficit ad agnoſcendum an legatum ſit pænale vel conditionale.*

13 *Legatum quod ſit pænale ex quibus verbis deſumatur?*

14 *Caducitas eſt pæna.*

15 *Pæna legati in caſu non adimplementi poſita, cenſetur in pænam non adimplentis poſita.*

16 *Legatum ſimplex ſtare poteſt quod ſit pænale, & pæna applicetur legatario & num.* 17

18 *Ex modo legandi colligitur intentio & cauſa propter quam ſit legatum.*

19 *Clauſula* omni meliori modo *poſita in legato, quid operetur?*

20 *Clauſula* omni meliori modo *appoſita in legato tunc operatur quando ſcilicet legatum non ſubſtinetur nomine pænæ, nec aliunde apparet quod teſtator voluerit hoc nomine tantum relinquere, ſecus vero in caſu contrario.*

21 *Voluntas teſtatoris clara non alteratur per clauſulam* omni meliori modo, *quæ operatur quidem quod actus valeat omnis meliori modo, ſed non inducit modum contrarium contra mentem expreſſam.*

22 *Voluntas teſtatoris ſeparat conditionem à pæna.*

23 *Pæna ſine mora non committitur.*

24 *Conditio appoſita à teſtatore quatenus hæres deficiat in ſoluendo intelligitur ſi fuerit in mora ſoluendi.*

25 *In mora vt hæres conſtituatur ſatis eſt dies tacita, quæ ineſt legato annuo.*

26 *Item nec dies legatis, nempe lapſus temporis infra quod hæres poterat ſoluere.*

27 *Mora irreguralis contragitur abſque aliqua interpellatione fauore piæ cauſæ.*

28 *Debitor vt propter moram teneatur ad vſuras, ad intereſſe, ſeu de interitu rei, ſufficit mora irreguralis.*

29 *Ad pænam committendam non ſufficit dies tacita, nec mora irregularis, ſed requiritur mora regularis contracta per interpellationem debitoris.*

30 *Et cum hac diſtinctione concordantur DD.*

31 *Interpellatio non requiritur in legato conditionali, ſecus verò in modali, & quare?*

32 *Præiudicium maius verſatur in amittendo iure iam quæſito, quam in amiſſione quærendi.*

33 *Dies non interpellat pro homine in pænalibus.*

34 *Interpellatio requiritur quando agitur de legato annuo, in quo dies cenſetur appoſita cauſa multiplicandæ obligationis.*

35 *Et operatur vt multiplicetur obligatio legatorum, itaut tot ſint legata, quot anni, ſed non conſtituit in mora hæres, niſi vltro ſit appoſita alia dies cauſa differendæ ſolutionis.*

36 *Dies an ſit appoſita cauſa differendæ ſolutionis vt in legato ſemel præſtando, an vero cauſa multiplicandæ obligationis vt in annuis legatis, hoc ſecundo caſu æquum non eſt quod eadem dies pariat obligationem & moram.*

37 *Hanc diſtinctionem à Bartolo relatam, ſequitur* Caſtrenſ. conſ. 47. num. 2.

38 *Dies quando eſt appoſita cauſa multiplicandæ obligationis tunc lapſus temporis ſufficit, quod operetur vnum effectum ſcilicet multiplicandi legatum, non autem debet producere alium effectum moræ videlicet hæredis.*

39 *Ad moram producendam requiritur interpellatio ac ſi tempus non eſſet appoſitum.*

40 *Cauſa qualibet excuſat à mora.*

41 *Dominium rei legatæ ſtatim ac hæres non ſoluit, tranſit ipſo iure in legatarium.*

42 *Moræ purgatio non admittitur, quando præiudicium eſt irreparabile.*

## DECISIO CXXXII.

RAymundus de Santis in teſtamento cum quo deceſſit iniunxit Stephano, Auguſtino, & Ioſepho de Nigris hæredibus inſtitutis onus ſoluendi ſingulis annis libras 240. Hoſpitali Beatæ Mariæ de Vita pro elemoſina vnius Miſſæ quotidiè celebrandæ in perpetuum ad Altare Sanctiſſimi Crucifixi priuilegiatum in Eccleſia eiuſdem Hoſpitalis, & quatenus dicti hæredes different, ſeu deficerent in executione præmiſſorum voluit quod cadant ex nunc prout ex tunc à commodo vnius predij poſiti in Capella ſancti Nicolai de Villula, quod prædium ex nunc pro tali caſu caducitatis liberè & pleno iure reliquit titulo inſtitutionis & alias omni meliori modo, quo potuit ipſi Hoſpitali cum dicto onere Miſſarum.

Cuius relicti vigore prætendens Hoſpitale ob non factam ab hæredibus teſtatoris toto anno 1639. ſolutionem dictarum librarum 240. prædium præfatum ad ſe ſpectare, egit Bononiæ coram Vicario Eminētiſſ. Archiepiſcopi, & obtinuit aſſociationem, quam in gradu appellationis reuocauit A.C. & deuoluta cauſa ad Rotam in tertia inſtantia, mihique commiſſa propoſui hodiè dubium, An legatum prædij debeatur Hoſpitali, & non deberi fuit reſolutum.

Cenſuerunt enim Domini nos verſari in terminis
1 legati pænalis † ſequendo theoricam *Aretini in l. Titia 134. ſub num. 3. col. 3. circa medium verſ. ſed iſta ſua ratio ff. verb. oblig.* qui diſtinguendo legatum condi-
2 tionale à pænali † ait quod ſi præcedit inſtitutio pura,
& nullo intermedio præcepto de aliquid faciendo vel
dando ſequitur ſimplex ademptio ſub conditione negatiua ſi hæres aliquid non fecerit aut dederit legatum dicitur conditionale, quia in vltimis voluntari-
3 bus conditio reſolutiua diſpoſitionis † facit relictum
videri factum ſub contraria conditione, *l. ſi legatum purè ff. adim. legat. l. quibus § quidam Titio, & ibi Bart. l. aliquando in fin. ff. condit. & demonſtr.* ſi verò inſtitutio eſt pura & poſtea iniungitur aliquod onus hæredi
4 † & ſi illud non impleat priuatur relicto tunc ademptio dicitur in pænam contrauentionis & legatum
eſt pænale, vt eſt caſus in *l. vxorem § hæres ff. legat. 3.* &
hanc diſtinctionem ſequitur *Ruin. conſ. 48. num 4 lib. 2. Ceph. conſ. 52 num 13. & duobus ſeqq. Paſett. conſ. 89. nu. primo & 8.* vbi ponderat quod ad faciendam pænam
5 oportet † præcedat præceptum teſtatoris de aliquo
faciendo vel non faciendo *& conſil. 90. numer. primo*, vbi quod iſtam diſtinctionem ſentit *text. in l. prima in fin. Cod. his quæ pen. nom.* & eſt de
mente communi Doctorum *conſ. 91. num. primo*, vbi
6 generaliter firmat quod pæna eſt † quando præcedit
præceptum, *Menoch. conſ. 78. num. 8. & 10.* vbi quod vt
7 in vim pænæ valeat diſpoſitio † præceptum aliquod
præceſſiſſe debuit, *Surd. conſ. 268. num. 64* vbi quod dicitur pæna quando ponitur poſt præceptum ſeu onus
à teſtatore iniunctum *Gabr. conſ. 105. ſub num. 6 verſ. apparet igitur*, vbi dicit rationem, quia teſtator adi-
8 mendo legatum † poſt præceptum iniunctum apparet quod ademit principaliter in odium hæredis, qui
præceptum ſpreuit, non in fauorem legatarij *lib. 1. Giouag. conſ. 93. n. 23. lib. primo.*

In caſu autem noſtro præcedit onus, ſeu præceptum
ſoluendi annuum legatum Hoſpitali, & ſequitur
9 ademptio † in caſum oneris non adimpleti, & vlterius
quod ademptio ſit in pænam ac odium hæredis non adimplentis, non autem fauore Hoſpitalis colligitur, tum ex modo relinquendi, nam teſtator poſt onus



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſoluendi priuationem prædij ſubdidit mediante ad-
uerſatiua, ibi & quatenus dicti hæredes, &c. quo modo
10 in teſtamentis adſcribuntur pænæ, † quæ conſiſtunt in
aduerſatiua aut tacita aut expreſſa, Bald. in l. prima
num. 33. Cod. his quæ pæn. nomine Gabr. conſ. 105. num. 7.
lib. 1. Grat. diſcept. 915. num. 14. & 15. Surd. deciſione 7.
num. 7.

Tunc ex coniecturis, quia ſupra teſtator, vbi voluit
loco ſolutionis annuæ librar. 240. ab hæredibus fa-
11 ciendæ rem aliam ſubrogare in caſu † quo hæres non
eſſet in culpa ſoluendi, ſubrogauit rem eiuſdem red-
ditus, ibi & ſi quando dicti hæredes, &c. in caſum verò
culpæ heredis reliquit Hoſpitali prædiũ redditus lon-
gè maioris, quod eſt argumentum odij & pænæ in
vindictam contrauentionis, Soec. in l. 2. in princ. ff. his
quæ pæn. nom. Surd. dicta deciſ. 7. num. 8. & ſufficit ad
12 hunc effectum coniecturata † voluntas, Imol. in l.
prima num. 6. vbi de veriori & in l. 3. verſ. aduerte ta-
men ff. condit. & demonſt. Cuman. conſ. 51. num. 3. verſ. præ-
cipuè cum teſtator Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 12.
num. 33. Surd. deciſ. 232. num. 16.

13 Tunc tertio ex verbis, † ibi cadant, &c. & infra quod
predium, &c. ex nunc pro tali caſu caducitatis, &c. reli-
quit &c. dicto Hoſpitali, &c. quod in terminis ponde-
rat, Giouagn. conſ. 93. num. 23. in fin. & in fortioribus Rota
in Bononien. legati de Pannolinis 4. Februarij 1602. co-
ram bon. mem. Sacrato impreſſ. apud Giouag. ibid. ſub nu.
32. & idem eſt legaſſe Hoſpitali in caſum caducitatis
vel in caſum pænæ incurſæ ab hærede, quia caduci-
14 tas † eſt pæna, l. Senatus ff. contrah. empt. Alb. conſ. 118.
num. primo conſ. 152. num. 3. conſ. 548. num. 5.

Vndè nec dici poteſt quod legatum predij fuerit
principaliter relictum fauore Hoſpitalis, ideoque pæ-
nale non ſit, vt in caſu deciſ. 693. nu. 4. par. prima recent.
quia ex prædictis apparet fuiſſe principaliter relictum
15 in pænam hæredis, & vocatio piæ cauſæ non excludit
rationem pænæ, quia ſtant ſimul quod legatum ſit
16 pænale † & pæna applicetur piæ cauſæ quaſi teſtator
primario reſpexiſſet in prædio de quo agitur non illi
17 prætuliſſet in eodem prædio hæredem ſcriptum † aut
ſaltem illam ſimpliciter ſubſtituiſſet hæredi vt in
puncto ratiocinatur, Dec. conſ. 173. num. 2. verſ. ſecundo
conſiderandum & ſub num. 3. colum. 3. circa fin. ex modo
18 enim legandi † colligitur intentio & cauſa propter
quam fit legatum, l. ſed ſi ſuſceperit, §. 1. & ibi Bart. num.
1. ff. iudic. Caſtr. conſ. 309. ſub num. 2. lib. primo, Cæſar.
manent. conſ. 147. num. 1.

Minus refert quod in legato predij appoſita ſit
19 clauſula omni meliori modo † ex traditis à Ruin. conſ.
150. nu. 9. lib. 3. Ceph. conſ. 243. nu. 28. Riminal. iun. conſ.
116. ſub num. 53. quia hi Doctores & quotquot in idem
allegari poſſent loquuntur in caſu longè diuerſo,
nempè quando legatum non ſubſtineretur nomine
20 pænæ † neque aliundè apparet quod teſtator volue-
rit hoc nomine tantum relinquere, ſecus verò in caſu
contrario vt in ſpecie Paſetth. conſil. 89. num. 4. Surd.
dicta deciſ. 7. num. 25. ea ratione, quia voluntas teſtato-
21 ris clara † non alteratur per clauſulam omni meliori
modo, quæ operatur quidem quod actus valeat omni
meliori modo quo pænæ nomine ſubſtineri poteſt,
ſed non inducit modum contrarium contra mentem
expreſſam diſponentis, Rip. in l. prima §. ſi quis ita num.
30. ff. verb. oblig. Ceph. conſil. 23. num. 123. Simon de Pret.
22 conſ. 203. num. 39. & conditionem à pæna ſeparat † vo-
luntas teſtatoris l. 2. ff. his quæ pæn. nom. Paſetth. conſ. 91.
num. 2. Gabr. conſil. 105. num. 8. lib. 1. Surd. dicta deciſ. 7.
num. 12.

Poſito autem quod legatum predij ſit pænale, ſe-
quitur quod non fuit purificatum ad fauorem Hoſpi-
talis, quia hæredes non fuerunt conſtituti in mora
23 ſoluendi annuas libras 240. ſinè qua † pœna non
committitur Aret. in leg. ita ſtipulatus num. 9. ff. verb.
oblig. Bart. conſ. 136. num. 1. lib. 1. Afflict. deciſ. 295. numer.
24 primo & ſeqq. & conditio illa quatenus † hæredes de-
ficerent in ſoluendo intelligitur, ideſt ſi fuerint in mo-
ra ſoluendi, Dec. conſ. 173. ſub num. 3. verſ. & illa conditio
Ruin. conſ. 184. ſub num. 8. verſ. quia illa verba lib. 2. Ne-
25 que enim ad conſtituendos hæredes in mora ſatis erat
dies tacita, quæ ineſt legato annuo, leg. nec ſemel ff.
quand. dies leg. ced. Aldobrandin. conſ. 4. numer. 30. lib. 1.
26 Peregr. conſil. 34. ſub n. 5. lib. 2. ſiuè dies legalis † nempè
lapſus temporis, infra quod hæres poterat ſoluere vt
per Pariſ. conſ. 19. num. 197. & 198. lib. 2. Bolognet. conſ. 12.
num. 15. & 16. Simon. de Pret. conſil. 151. num. 106. ſiuè fa-
uor piæ cauſæ qui efficit vt re ipſa contrahatur mora
27 † irregularis abſque aliqua interpellatione, leg. Titia
ſeia §. vſuras ff. leg. 2. Bald. in Auth. hoc amplius nu. 16.
verſ. niſi in his Cod. fideicomm. Mantic. de coniectur. lib.
7. tit. 10. num. 34. in fin. Riminal. iun. in puncto legati
pro celebratione Miſſarum conſ. 729. ſub num. 23. Giurb.
dec. 97. num. 19.

Quia hæc benè procedunt ad effectum vt debitor
28 propter moram teneatur ad vſuras, † ad intereſſe, ſeu
de interitu rei iuxta notata in l. quod te ff. ſi cert. pet. ad
29 committendam verò pænam † nec ſufficit dies tacita,
nec mora irregularis contracta per interpellationem
creditoris, vt probatur ex l. ſi penum. ibi cum interpella-
tus fundum non dederis ff. quando dies legat. ad leg. ſi ex
legati cauſa 23. ibi ſi aut interpellatus non dediſti ff. verb.
oblig. Auth. hoc amplius ibi monitus à Iudice Cod. fideic.
& bene declarat Bald. in d. Auth. hoc amplius ſub n. 16.
infra med. verſ. præd. vero Aym. conſ. 64. ſub num. 1. verſ.
tamen conſil. 192. ſub num. 17. verſ. ego ſoleo vbi quod cum
30 hac diſtinctione † concordantur contraria, Ruin. conſ.
184. ſub num. 5. verſ. ita demum lib. 2. Aret. conſ. 149. ſub
num. 1. verſ. his tamen non obſtantibus & pluribus ſeqq. &
præſertim ſub num. 3. verſ. ſecundo dicimus, vbi aſſignan-
do rationem diuerſitatis, cur non requiratur inter-
31 pellatio † in legato conditionali requiratur autem in
modali vt priuationi ſit locus, ait quod in conditiona-
li cum id quod eſt in obligatione non ſit in diſpoſi-
tione non cadit interpellatio in eo quod non debe-
tur, ſed in modali præcedit obligatio poſt legatum
acceptum ideoque cadit etiam interpellatio, & maius
32 verſatur præiudicium † in ammittendo iure iam quæ-
ſito quam in amiſſione quærendi, Alb. conſ. 48. num. 18.
& 20. Ceph. conſ. 493. num. 8. Menoch. conſ. 131. num. 6.
Grat. diſcept. 523. num. 26. & 27. Simon de pret. de inter-
pret. vltim. volunt. lib. 4. fol. 452. num. 31. & 32. Mart. de
ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 18. art. 3. num. 47. & 48. Molfeſ.
ad conſuetud. Neap. part. 4. quæſt. 1. num. 11. Theſ. deciſ.
270. num. 25. Oſaſc. deciſ. 48. num. 1. Capyc. latro deciſ. 59.
33 num. 23. vbi quod dies † non interpellat pro homine
in pœnalibus & in puncto legati pœnalis ad fauorem
piæ cauſæ, Gozzad. conſ. 34. num. 3. & ſeq. ex tex. in cap.
nos quidem de teſtam. quem ſequitur Alb. dicto conſ. 48.
num. 21. Felin. conſ. 34. num. 10. verſ. ratio num. 11. & ſub
num. 25. verſ. & decidit Menoch. conſ. 533. ſub num. 3. verſ.
& accedit & in tract. de Adipiſc. remed. 2. nu. 75. & 76.
Honded. conſ. 68. ſub num. 25. lib. 2. Genuenſ. practic. Ec-
cleſiæ quæſt. 129. num. 3.

Eoque magis requirebatur interpellatio in caſu
34 noſtro, tum quia agitur de legato anno, † in quo cum
dies cenſeatur appoſita cauſa multiplicandæ obliga-
tionis, l. cum in annos l. nec ſemel ff. quan. dies legat. ced.
Pereg. conſil. 34. ſub num. 5. lib. 2. operatur quidem vt
35 multiplicetur † obligatio legatorum, ita vt tot ſint
legata quot anni, ſed non conſtituit in mora hæredis,
niſi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

niſi vltro ſit apposita alia dies cauſa differendæ ſolu-
tionis, *Bart.in l.1.§.quod ſi in annos num.2.ff. de penu.*
*legat.* vbi diſtinguit an dies ſit apposita cauſa differen-
36 dæ ſolutionis, † vt in legato ſemel præſtando, an verò
cauſa multiplicandæ obligationis vt in annuis lega-
tis, quia hoc ſecundo caſu non eſt æquum quod ea-
dem dies pariat obligationem & moram, *l.quod dici-*
37 *mus ff. ſolut.* eamdemque diſtinctionem † ſequitur
*Caſtr.conſ.47.num.* 2. vbi quod ſufficit quod lapſus
temporis operetur vnum effectum, quia ſcilicet mul-
38 tiplicat legatum † nec debet producere alium effe-
ctum, moræ videlicet hæredis, ideoque ad eam pro-
39 ducendam † requiritur interpellatio ſicuti ſi tempus
nullum fuiſſet appoſitum, *lib.2.Felin.conſ.34.num.2.&*
*3.& num.ſeqq. Alex.in l.quoties 59.num.3.ff. verb. obli.*
*Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa 23.num.14. verſ. 4. not. limita*
*ff.eod. Trentacinqu.var.reſol.vol.primo lib.3.tit.de ſolu-*
*tion.reſol.32.num.13.& 14.*

Tum etiam, quia cum hæredes ab initio ſoluerint
pagam tunc maturatam, deindè verò de anno 1637.
emanauerit laudum inter ipſos & Moniales Sanctiſſ.
Corporis Chriſti, Ciuitatis Bononiæ, in quo hæredes
iuſſi fuerunt dimittere prout dimiſerunt aliqua bona
hæreditaria Monialibus, & his impoſitum fuit onus
annui legati ſoluendi Hoſpitali aduerſario, apparet
quod hæredes procul ſunt ab omni negligentia, quod-
que habuerunt iuſtam cauſam credendi fuiſſe de cæ-
40 tero ſolutum à Monialibus, quæ cauſa † excuſat à
mora, *l.quod te in fin.ff.ſi cert.pet.Ger.Spin. conſil.5.nu.*
29. *Mart.in term.legati pij de ſucceſſ.legal.par.4.quaſt.*
18. *art.4.num.34.& ſeq.Cyriac.contr.374.num.22.& 23.*
*Surd. deciſ.* 240. *ſub num. 9. verſ.& ſi cauſa, Felin.* in
term. hæredis qui aliquando ſoluit annuum legatum
pium & deinde ex probabili cauſa ceſſauit, *dicto*
*conſ.34.num.12. Buratt.deciſ.624.num.7.* Maximè verò,
quia certiorati per iudicium exaduerſo motum de
anno 1639. quod Moniales non ſoluerant ſtatim ob-
tulerunt realiter omnes terminos decurſos, quod ſuf-
ficit vt pænam euitent in puncto, *Caſtr.d.conſ.47.ſub*
*n.2.verſ.& ſufficit lib.2.Felin.dicto conſ.34.nu.25. verſ.*
*vnde concludit.*

Ex quibus non applicantur quæ exaduerſo addu-
cuntur de legato conditionali, vel alteratiuo & ſuc-
cedaneo, ſeu de purgatione moræ, cui in huiuſmodi
legatis locus non eſt, quia executio iam eſt facta à
41 lege cum dominium rei legatæ † ſtatim ac hæres non
ſoluit tranſierit ipſo iure in legatarium, vt tradit *Bart.*
*in l.ſi inſulam 84.num.19.ff.verb.oblig.* quia legatum de
quo agitur non eſt conditionale, aut ſuccedaneum,
ſed pœnale, nec adducitur purgatio moræ, ſed negatur
quod mora aliquando fuerit contracta, idemque reſ-
pondetur ad motiuum præiudicij illati animæ teſta-
toris ob Miſſas non celebratas, cuius præiudicij con-
42 templatione, quia eſt irreparabile † denegari purga-
tionem moræ, tradit *Genuenſis praticab. Eccleſ. quaſt.*
*344.ſub num.7.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## CATHACEN ECCLESIÆ.

*Mercurij 10. Iunij 1643.*

### ARGVMENTVM.

In fundo donato ſi Eccleſia à Donatario conſtrua-
tur ad ipſum ſpectat, & poteſt Eccleſia conſtructa in
alium transferri, non attento quod idem fundus fuerit
alteri donatus, quia ſemper præferendus eſt primus
donatarius, cui traditus fundus antea fuit, & traditio,
ex quibus probetur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Renouationes ſucceſſiuis temporibus factæ primam conceſſionem pernéceſſe ſupponunt.*
2 *Inſtrumenta ad inuicem adminiculantur, & fomentum recipiunt.*
3 *Iuncta maximè antiquitate temporis vltra centum annos.*
4 *Obſeruantia dat robur Scripturis etiam informibus.*
5 *Donatio transfert rei donatæ dominium in donatarium.*
6 *Dominus fundi, in quo fuit conſtructa Eccleſia eſt etiam ipſius Eccleſiæ Dominus.*
7 *Eccleſiam conſtruens fit illius Dominus.*
8 *Diſpenſatio, ſiue beneplacitum apoſtolicum ex curſu longiſſimi temporis cum obſeruantia præſumitur.*
9 *Coniecturæ ad probandum dominium inſimul iungi debent.*
10 *Recognitiones, ſeu ſolutiones factæ intelliguntur in vim præcedentis tituli.*
11 *Res aliena concedi, aut donari ſcienti à ſciente non poteſt.*
12 *Acceptatio eſt actus reiterabilis, & in fauorabilibus ex ſola ſcientia donationis præſumitur.*
13 *De Iure tertij allegari nec excipi poteſt.*
14 *Præſertim quando ipſa pars non dat de diſſenſu.*
15 *Conſenſus reſultat ex longa taciturnitate.*
16 *Donatio ſecunda in præiudicium primi donatarij nihil operari poteſt, cui ex priori donatione dominium fuerat quæſitum.*
17 *Donatarius primus ſemper præfertur ſecundo, ſi res donata cum effectu fuit tradita.*
18 *Traditio rei donatæ probatur eo ipſo, quod donatarius de re donata diſpoſuit.*
19 *Res inter alios acta tertio præiudicare non poteſt.*
20 *Effectuatio in parte præſumitur etiam in reliquis.*
21 *Eccleſia præſumitur conſtructa à Domino fundi, maximè ſi illam conſtruere tenebatur.*
22 *Extraneus præferri non poteſt in conſtructione Eccleſiæ inuito Domino fundi.*
23 *Actus ſeparati, & nihil habentes commune cum re, de qua agitur non probant.*
24 *Actus æquiuoci, & clandeſtini nihil operantur, ſine ſcientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur.*
25 *Breue obtentum non facta mentione Iuris tertij tanquam ſubreptitium non ſuffragatur.*
26 *Priuilegium ſimpliciter loquens de Eccleſiis comprahendit Eccleſias poſtea ædificatas.*
27 *Lex ſemper loquitur ibid.*

## DECISIO CXXXIII.

COmmunitas Cathacenſis dedit ſitum ad conſtruendam Eccleſiam Io. Soldano, cui deinde Capitulum Lateranenſe conceſſit facultatem conſtruendi, & erigendi Eccleſiam ſub inuocatione S.Io. Baptiſtæ, prout vigore talis facultatis Soldanus conſtruxit, & conſtructam donauit vna cum fundo eidem Capitulo, vt conſtat ex publicis Inſtrumentis relatis in monitorio A.C. ſub die 31. Octobris 1532. tranſumptato ex proprio originali, cuius fides nec non dd. Inſtrumentorum, & aliorum ad eorum obſeruantiam productorum corroboratur quia fuerunt extracta ex publico Archiuio, & pleraque recognita, & concordat tum Inſtrumentum exaduerſo productum anni 1538. & 39. in quo Communitas, ac Ordinarius fatentur d. conceſſionem ſitus alias factam Soldano à

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Communitate,tum aliud monitorium de anno 1577.
1 &renouationes ſucceſſiuis temporibus † factæ à Ca-
pitulo, quæ primam confeſſionem perneceſſe ſuppo-
nunt, Mant. de tacit. lib.21.tit.6.num.9.nam Inſtru-
2 menta † ad inuicem adminiculantur, ac fomentum
recipiunt, Aym conſ.231.num 12. Marc.Brun.conſ.52.
num.10.cum aliis allegat. per Modern. Carpen.contro-
uerſ.Foren.cap 6.num. 41. Rot. deciſ. 191. num 5. part.1.
3 recent. Iuncta maximè † antiquitate temporis vltra
centum annos,Menoch.conſ.21.num. 33. Rot. deciſ. 42.
4 num.5.part.5.recent.& obſeruantia, † quæ dat robur
ſcripturis etiam informibus, Rot. deciſ.482.num.1.&
2. par. 1. deciſ.18.num.1.part.2.recent.deciſ.757.num.5.
coram bon.mem.Buratto

Hinc ſub die 23.Iunij 1642.deciſum fuit Eccleſiam
prædictam ſpectare ad Capitulum Lateranenſe titulo
donationis ei,vt ſuprà facta à Soldano, quem Domi-
num fuiſſe conſtat ex præcedenti donatione ſitus re-
5 portata à Communitate,donatio enim † transfert rei
donatæ dominium in donatarium, l.ſi quis argentum
princ.Cod.donat.l.prima Cod.de reuoc.donat.Pont.conſ.
32.num.3.lib.2.Ciriac controu. 645. num. 40. qui etiam
6 † Eccleſiæ Dominus erat tum propter dominium
fundi,in quo fuit conſtructa,l adeò §. cum in ſuo ſolo
ff.acq.rer.dom § ex diuerſo Inſtit.de rer.diuiſ. Mantic.
de tacit.lib.21.tit.1.ſub num.14 tum,quia ipſe conſtru-
xit §.cum in ſuo ſolo Iuſt.de rer. diuiſ. & potuit con-
7 ſtruendo † Dominus fieri,ac donando Dominium fa-
cere Capitulum,quamuis ipſe profeſſus eſſet in Reli-
gione Prædicatorum ſtante beneplacito, ac diſpenſa-
8 tione Apoſtolica,quæ † ex longiſſimi temporis curſu
cum obſeruantia præſumitur, Gabr. conſ. 82. numer.
30.lib.2.Seraph.deciſ.1042. num. 2. adden. ad ſa. mem.
Gregor.XV.deciſ. 343.num.4 & 5.Rot. deciſ. 381.nu.15.
part.5.recent.

Conſtruxiſſe autem,ac donaſſe Capitulo probatur
ex prædictis Inſtrumentis, ac monitorio accedenti-
bus coniecturis ponderatis in alia deciſione, quam
hodie propoſito dubio ſuper eiſdem Domini confir-
9 marunt, iungendo præſertim † omnes coniecturas
ſimul,vt debet,Surd.conſ.1.num.53.& 54.Menoch. conſ.
687. num. 18. Rot. deciſ.409.num 20.part.5.recent. &
10 ponderando, quod recognitiones † Confraternitatis
erga Capitulum non poſſunt referri ad titulum ſim-
plicis protectionis,quia fuerunt promiſſæ explicitè
ratione dominij in inſtrumento conceſſionis, à quo
tanquam à ſua cauſa declarantur,l.3.§.verum ff.manum
Surd.conſ.202.n.17.& deciſ.70.n.9.Oſaſc.deciſ.167.n.25.
& ſeq.Rot.deciſ.91.n.5 part.1.recent.

Nec obſtant, quæ exaduerſo oppoſita fuerunt.
Quod enim monitorium anni 1632. ſit erroneum eo
quia ſupponit præceſſiſſe acceptationem Capituli,
quod tamen poſt viginti dies acceptaſſe apparet ex
publico Inſtrumento tollitur facili negotio cum tale
Inſtrumentum non contineat formaliter acceptatio-
nem,ſed conceſſionem,quam poſtea Capitulum fecit
Soldano,& Confraternitati, dictaque conceſſio ma-
gis probat,quod antea Capitulum donationem Sol-
dani acceptauerat cum acquiſitio præcedat prioritate
11 temporis alienationem, & res aliena † concedi aut
donari ſcienti à ſciente non poſſit.Caſtr.per illum tex.
in l.adibus §.vlt.ff.donat.Mant.de tacit.lib.13.tit.23.nu.
12 19 & acceptatio † ſit actus reiterabilis,atque in fauo-
rabilibus ex ſola ſcientia donationis præſumatur,
Rolan.conſ.19.num.34.lib.1. Burſatt. conſ. 304. num. 55.
Riminal.conſ.108.num.13.Menoch.conſ.371.nu.19. Surd.
deciſ.111.num. 13.

Quod verò Soldanus donauerit Capitulo ſub con-
ditione quatenus Communitas Cathacenſis conſen-
tiret,nec tamen de eius conſenſu conſtet allegari non
13 poteſt ab Epiſcopo, cui non licet † excipere de iure
tertij,Ruin.conſ.2.num.2.in fin.lib.1. Ceph. conſ.3.num.
122.Rol.conſ.57.num.10.lib.3.Surd.conſ. 351. numer. 42.
Grat.diſcept.511.num.6. Eò minus,quia communitas
14 ipſa † non dat de diſſenſu,Bart.in l.2.num.1.Socc.ibid.
num.8.ff.de except.rei iudic.Rimin.Sen.conſ.599.num.8.
verſ.replicatur Theſ.deciſ.4.num.3 Rot.deciſ.22.nu. 4.
part.1.diuerſ.deciſ.265.num.3.part.1.recent.ac tacendo
15 † per longum tempus dicitur conſenſiſſe, Alex.conſ.
79.num.4 & 5.lib.1.Socc.conſ.15. num. 54. lib.1. Ciriac.
controuerſ.111.num.9.

Non obſtat,quod poſtmodum de anno 1538.Com-
munitas eundem ſitum antea donatum Saldano con-
ceſſerit Confraternitati, & Confraternitas de anno
1539.obtinuerit ab Ordinario canonicam inſtitutio-
nem Eccleſiæ,& Confraternitatis, ſubjiciendo ſe iu-
16 riſdictioni Ordinarij,quia neutrum fieri potuit † in
præiudicium Soldani, & Capituli ab eo cauſam ha-
bentis,cui ex priori conceſſione dominium quæſitum
fuerat,Caſſan.conſ.53.nu.55. ex tex. in l.id quod noſtrum
ff.de reg.iur.Bald.in l.conſtante in vlt.not ab.Cod.de do-
nat.Cancer.var.reſol.lib.1. cap. 8. ſub num. 180. Surd.
17 deciſ.29.num.7. Et ſemper † præferendus eſt primus
donatarius, cui ſitus traditus fuit, l. quoties Cod. rei
vendic. Alez conſ. 14.nu.8.lib.1.Gabr.de empt.& vend.
18 concl.2.num.8.tradituſque † probatur,quia de eo diſ-
poſuit fauore Capituli, ibique Eccleſiam conſtruxit,
vt per Coccin.deciſione 31. numer. 5. Buratt. deciſ. 217.
num. 2.

Et quatenus ex dd. Inſtrumentis anni 1538. & 39.
infertur ad ineffectuationem priorum conceſſionum
reſpondetur pariter, quod illatio huiuſmodi nititur
19 inſtrumentis quæ tanquam † res inter alios acta non
nocent Capitulo,l.ſæpe ff.re iud.l.ſi vnus §.ante omnia
ff.de pact.& vtrobique notant DD.Surd.deciſ.209. nu.
9.Rot.in terminis Eccleſia deciſ.208.nu.7.par.1. recent.
Quo minus quia ex deductis in prima deciſione pro-
batur effectuatio,nec ipſe ordinarius negat,quin Ec-
cleſia ſit ſub protectione Capituli, protectio autem
huiuſmodi fundetur neceſſe eſt originaliter in inſtru-
mentis celebratis cum Soldano de anno 1532. quæ
20 dum apparent effectuata in parte præſumuntur † ha-
buiſſe effectum in reliquis ibi contentis, Garz. de
benef par.12.cap.2.num.294.adden.ad ſan.mem. Greg.
XV.deciſ.557.num.9.Rot.deciſ.569.in fin.part.4.diuerſ.
Et Eccleſia, quam fuiſſe conſtructam non negantur,
21 præſumitur conſtructa † à Soldano, quia erat Do-
minus Fundi, & vigore primi contractus conſtruere
tenebatur, Abb.conſ.54.ſub num.2.verſ.nunc etiam part.
1.ex text.in l.2.Cod.alim.pupill.præſtan. Rot. in Lunen.
Sarzanen. Cappellania 9. Iunij 1600. coram bon. mem.
22 Card.Sacrato, Nec alius in conſtruendo † ei inuito
præferri potuit,Cambert.de iure patr.lib.3.art.5. quæſt.
7.ſub num.6.& 7.in fin.

Non obſtant actus obedientales Confraternitatis
23 erga Epiſcopum, quia nil † habent commune cum
Eccleſia,de cuius dominio hodiè ſtrictè agitur,& eſt
quid ſeparatum à Confraternitate, Pet. de Vbal.de
canon.Epiſcopor.num.9.& 22.Cocc.deciſ.472.num. 2. &
24 alij actus, qui † exaduerſo allegantur pro Epiſcopo
æquiuoci ſaltim ſunt,vel clandeſtini inſcio capitulo,
cuius conſenſus,aut ſcientia,& patientia requireba-
tur,vt ei preiudicarent, l.quoties §.ſeruitutum ff. ſeruit.
Bald.in l.2.num.22.& ſeqq.C.ſeruit.& aqu. Ruin. conſ.
163.num 6.lib.5.vltra allegat.in prima deciſ.§.fin.prout
25 clandeſtinum, & ſubreptitium eſt breue † obtentum
à ſan.mem. Paulo V. de anno 1614. quia non fuit
Papæ narratum ius Capituli Lateranenſis,vt debuit,
&

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& alioquin non poteſt allegari in eius præiudicium, *leg. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in loc. pub. Gemin in cap. quamuis n. 3. de praſcrip. in 6. Buratt. deciſ. 576. n. 5.*

Ad viſitationes fuit ſpecialiter reſponſum in prima deciſione, & vlterius animaduerſum quod vnica tantum datur viſitatio ante Concilium Tridentinum, nec hodiè eſt quęſtio de iure viſitandi, ſed de dominio Eccleſiæ, ita vt intret priuilegium Capitulo Lateranenſi conceſſum à ſan. mem. Bonifacio VIII. quod quia
26 generaliter diſponit de Eccleſiis compræhendit etiam
27 Eccleſias poſtea ædificatas, nam lex ſemper † loquitur *l. arriani Cod. de Heret. Franc. in cap. vnico num. 1. & ibi Gemin. num. 8. de exceſſib. Prælat. in 6. Caſtr. conſ. 235. ſub num. 1. poſt med. verſ. reſtat reſpondere libr. 1. & in terminis priuilegij eſt tex. in cap. quia circa de priuil. & notat gloſſ. penult. in cap. ex parte 27. de decim. Rota in Cracouien. iuris legendi 19. Iunij 1626. coram bon. mem. Coccino & 30. Maij 1629. coram D. Cardin ali Vbaldo impreſſ. par. 5. recent. deciſ. 265. num. 40. & duobus ſeqq.* Quicquid dixerit *Calder. conſ. 12. de priuilegiis*, qui non loquitur de priuilegio Bonifacij VIII. & circa finem contrarium admittit quando priuilegium loquitur indiſinitè.

Et ita deciſum vtraque, &c.

## BONONIEN FIDEICOMMISSI DE VIZZANIS.

*Lunæ 15. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum cenſentur per diuiſionem remiſſum, ex facultate liberè diſponendi, & faciendi quicquid placuerit in perpetuum, iniuncta, tam ipſiſmet diuidentibus, quam eorum hæredibus. Scientia fideicommiſſi in diuidentibus, ex quibus potiſſimè probata remaneat?

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum cenſetur per deciſionem remiſſum ex facultate liberè diſponendi, quæ incompatibilis eſt cum fideicommiſſo.*

2 *Fideicommiſſum eo magis cenſetur remiſſum ſi diuidentes in proœmio dixerunt deuenire ad diuiſionem, vt quilibet eorum diſponere valeat de bonis aſſignandis, & indiſpoſitiua adſunt vltra clauſulam ad habendum alia prægnantiſſime.*

3 *Voluntas diuidentium renunciandi fideicommiſſo reciproco reſultat ex facultate liberè diſponendi, & quicquid placuerit.*

4 *Præſertim quando facultas diſponendi, & quicquid placuerit faciendi eſt perpetua nam impoſſibile eſt dari aliquod tempus, in quo fideicommiſſum ſuffragetur.*

5 *Fideicommiſſum dicitur remiſſum nedum in vita, ſed in futurum, & poſt mortem diuidentium quando facultas liberè diſponendi fuit ſtipulata etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*

6 *Amplia etiamſi diuidentes non alinaſſent, nam non ideò dici poteſt fideicommiſſum firmum remanere cum alienare poſſint illorum hæredes.*

7 *Pro Fideicommiſſi effectiua remiſſione licet requiratur actus alienationis ſatis alienatio ſecuta dicitur per inſtitutionem hæredis contenta in Teſtamento à diuidentibus condito.*

8 *Scientia Fideicommiſſi in diuidentibus reſultat, ſi ipſi ſoluerunt legata in eodem Teſtamento relicta, in quo hæredes fuerunt inſtituti, nam quemadmodum viderunt in Teſtamento ſe heredes inſtitutos, neceſſe eſt quod etiam viderint fideicommiſſum ipſi inſtitutioni annexum.*

9 *Scientia fideicommiſſi arguitur ex mentione Teſtamenti, iuncta etiam executione legatorum in eo contentorum.*

10 *Animus euertendi fideicommiſſum etiam in præteritum de tempore diuiſionis, ex quibus arguatur?*

11 *Scientia præſumpta ex pluribus ſimul iunctis reſultat.*

12 *Scientia teſtamenti paterni licet non arguatur in filiis ſi tempore mortis patris erant infantes, argui tamen poteſt ſi tempore diuiſionis, quod attendi debet erant adulti.*

13 *Scientia ſpecifica fideicommiſſi, & viſio ſaltem intellectualis verborum teſtamenti licet requiratur ex diſpoſitione,* Text. in l. de his ff. de tranſact. *nihilominus etiam ſcientia ex coniecturis, ac viſio probatur.*

14 Text. in l. de his ff. de tranſact. *emanauit ad euitandam læſionem, & fraudes, & ideò non tam rigidè ſeruatur in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coæqualis, in qua læſio, & fraus non cadit.*

*Læſio aut fraus, non cadit in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coæqualis ibid.*

15 *Hæredes diuidentium, qui fideicommiſſum reciprocum inter ſe remiſerunt tenetur eum factum ſeruare etiamſi ſint ex propria perſona ad fideicommiſſum vocati.*

16 *Diuidentes aſſignando ſibi, & hæredibus portiones ad liberam, & perpetuam diſpoſitionem cenſentur in diuiſionem deduxiſſe nedum ius proprium, ſed etiam ius futurum hæredem, de quo diſponere potuerunt.*

17 *Hæredes diuidentium ſtare tenentur diuiſioni, quamuis ex propria perſona ad bona diuiſa fuit vocati.*

18 *Pater non eſt veriſimile, quod renunciare voluerit fideicommiſſo, filij verò ſecus.*

19 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

20 *Renunciatio dicitur etiam ad fauorem ea, quæ non transfert, ſed extinguit iura apta alteri nocere, ſeu obuiat acquiſitioni Iuris quærendi, & num 21.*

22 *Renunciatio quandoque accipitur pro repudiatione.*

### DECISIO CXXXIV.

Defuncto Camillo ſeniore de Vizanis, qui in vltimis tabulis compoſitis de anno 1541. omnia bona ſua reliquerat Iaſoni, & Pompeo filiis ſub reciproco fideicommiſſo inter ipſos, eorumque deſcendentes maſculos.

Iaſon, & Pompeus de anno 1594. deuenerunt ad generalem diuiſionem bonorum, nec non ad aliam particularem aliquorum pro indiuiſo in prima relictorum de anno 1606. Et ſucceſſiuè idem Iaſon ſolemni teſtamento condito de anno 1618. in bonis ſuis ſtrictiſſimum fideicommiſſum conſtituit ad fauorem Camilli iunioris, & Conſtantij eius filiorum, ac ipſorum deſcendentium legitimorum, ac naturalium illorumque linea maſculina finita ad fauorem illegitimorum, mandauitque dictis hæredibus inſtitutis, ac ſubſtitutis quod teſtamentum, & in eo contenta infra menſem à die purificati fideicommiſſi acceptare debeant, & in codicillis poſtea conditis de eodem anno 1618. inhærendo nominatim diuiſionibus, vt ſupra factis cum Pompeo fratre, eaſdem expreſsè approbanit.

Quorum fideicommiſſorum vigore cum nuper

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

peterent immiſſionem Domini Carolus Emanuel,
Filibertus,& Mauritius filij Camilli iunioris aduerſus
hæredes Pompei iunioris filij Conſtantij,nempè
Domina Bradamantem d.Pompei matrē, & monaſte-
ria Sanctiſſimæ Trinitatis,Sanctæ Agnetis, & Sanctæ
Criſtinæ ex perſona ſororum eiuſdem Pompei ibi
profeſſarum, propoſui hodiè dubium an actoribus
eſſet danda immiſſio,& Rota reſpondit non conſtare
de fideicommiſſo Camilli, quod ſuffragetur, reſer-
uando quod de reliquis videatur.

Fideicommiſſum enim Camilli fuit ſublatum per
diuiſiones præfatas factas inter Iaſonem, Pompeum
1 ſeniorem fratres, quia in parte diſpoſitiua dant vtri-
que facultatem libere diſponendi de bonis patris,
quæ cum ſit incompatibilis cum fideicommiſſo illius
remiſſionem in neceſſarium antecedens inducit, vt
limitando regulam contrariam deſumptam, ex l.cum
pater §.hæreditatem il 2.ff.leg.2.tradit.Bart.comm. re-
ceptus in l.qui Romæ §.duo fratres num.21. verſ. vel fuit
dictum ff.verb.oblig.Rimin.iun. conſil.78.num.20.& ſeq.
Hond.conſ.33.num.22.lib.1.Giouagn.reſp.100.num.22.&
ſeqq.& num.96.lib.1. Peregr.de fideic.art.52.ſub nu.41.
& 44.Fuſar.de ſubſt.quæſt.593. num. 21. & ſeqq. Capic.
Latro deciſ.103.num.12. Rot.deciſ. 493. par. 4. diuerſ.

Eo magis quia in proœmio diuidentes dixerunt
2 deuenire ad diuiſionem † ad euitandam communio-
nem, & vt quilibet eorum diſponere liberè valeat
quandocumque de bonis aſſignandis, Cancer.var. re-
ſol.lib.3.cap. 15. num. 276. & infra in diſpoſitiua vltra
clauſulam ad habendum,&c.adſunt aliæ prægnantiſ-
ſimæ ibi & quicquid d.Pompeo,&c. videbitur, & pla-
cuerit perpetuo faciendum, &c. & ibi quorum omnium,
&c.commodum vtilitas, & proprietas, &c. ad D.Pom-
peum,&c.à modo,ac de cætero ſpectet, & pertineat, ac
ſpectare,& pertinere debeat liberè,& pleno iure, cum
plena iurium ceſſione, &c.ex quibus clauſulis maximè
ſimul iunctis, quia fideicommiſſum repugnat liberæ
3 acquiſitioni bonorum,† plenitudini iuris, & arbitrio
faciendi quicquid placuerit palam fit voluntas diui-
dentium renunciandi fideicommiſſo reciproco, &
coæquali, Alex conſ.62.num.4.lib.7.Becc.conſ. 38. num.
3.Burſatt.conſ.64.num.28.& ſeqq.Menoch.conſ.87. per
tot.Rimin.iun.conſ.80.n.38.& ſeqq.Giouagn.reſp.100. n.
68.& ſeq.lib.1.Fuſar.qu.593.nu.11.& ſeq.& nu.21.Barz.
deciſ.Bonon.96.n.38.

Aduertendo præſertim,quod facultas diſponendi,
4 † & quicquid placuerit faciendi eſt perpetua ibi, per-
petuo faciendi,&c. & ſic impoſſibile eſt dari aliquod
tempus, in quo fideicommiſſum ſuffragetur Crott.in
leg.qui Roma §. duo fratres quæſt. 8.ff. verb.oblig.Ceph.
conſ.430.num.50.& 51.Hond.conſ.33.num.5.lib.1. Fuſar.
5 d.quæſt.593.nu.43. eademque facultas † ſtipulata fuit
etiam pro diuidentium hæredibus, & ſucceſſoribus,
In quibus cum verificari non poſſet ſi fideicom-
miſſum per mortem diuidentium purificabile eſſet
ad fauorem vocatorum, indè ſequitur abſo-
luta remiſſo fideicommiſſo,nedum in vita,ſed in fu-
turum poſt mortem diuidentium, Peregr.de fideic.art.
52.n.42.& ſub n.44.verſ.Alex.tamen, etiam ſi diuiden-
6 tes † non alienaſſent,nam nan ideo dici poteſt fidei-
commmiſſum firmum remanere cum alienare poſſint
illorum hæredes,vt ex Crott.Curt.iun.& aliis ibi alleg.
not.Fuſar.d.quæſt.593.numer.31.Giouagn. reſp. 100.ſub
num.17.lib.1. Et quatenus pro effectiua remiſſione
7 fideicommiſſi neceſſarius † vltro fuiſſet actus aliena-
tionis ea ſtante prægnantia dictarum clauſularum
ſatis dicatur ſecuta per inſtitutionem hæredis con-
tentam in teſtamento condito à diuidentibus, Pariſ.
conſ.71.n.34.& ſeq.lib.3.Ruin.conſ.112.n.10.lib.2. Alex.
conſ.189.n.8.lib.2.Ceph.conſ.430.n.52.Gabr.conſ.125.nu.
16.lib.1.Giouagn.reſp.100.n.54.& 90.Menoch. conſ. 87.
num.60.& ſeq.& præſumpt.116.nu.64.lib.3.Fuſar. d.qu.
593.n.40.Caual.deciſ.36.num.15.& 16.par.1.

Quos habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi Camilli
8 patris conſtat, † quia ſoluerunt legata in eius teſta-
mento relicta non enim veriſimile eſt,quod ſoluiſſent
niſi ſciuiſſent ſe ad id in teſtamento grauatos, & dum
viderunt ſe hæredes inſtitutos, viderint neceſſe eſt
etiam fideicommiſſum ipſi inſtitutioni in eadem ora-
tione annexum in punct. Bart.in d.l.qui Romæ §. duo
fratres ſub n.13.& n.14.verſ.poteſt ex alio ff. verb. oblig.
Pariſ.conſ.46.n.15.& ſeq.lib.2. Alex.conſ.4.nu.20. verſ.
idem ſi apparet lib.2.Soc.iun.conſ.116.nu.42.& ſeq.lib.1.
Capr.conſ.40.n.11.Crott.conſ.335.n.20.Tobb. Non. conſ.
14.n.15.& 19.in fin. Burſatt. conſ.178.ſub num.12.& 13.
Hond.conſ.33.num.32.lib.1.Giouagn.de reſp.100.nu. 63.
Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.64.num.4. Fuſar. quæſt.
595.n.25.Barz.deciſ.96.num.12.Rot.deciſ.342.nu. 7.par.
2. recent. & in Monopolitana Bonorum 19. Decembris
1614.coram bo.me. Manzanedo.

Maximè,quia moniti à Commiſſario Reu.Fabricæ
Sancti Petri ad exhibendum teſtamentū patris, ac do-
cendum de ſolutione legatorum piorum, ipſi ſub ex-
preſſa commemoratione teſtamenti paterni exhibue-
runt librum,in quo ſolutiones continebantur, & ſen-
tentiam abſolutoriam deſuper reportarunt, ex qua
9 mentione teſtamenti † præcipuè iuncta illius execu-
tione, quoad legata probatur ſcientia fideicommiſſi
ibidem contenti,& lex.conſ.118.n.4.lib.7.Surd.conſ.82.
num.38.& 39.Hond.d.conſ.33.num. 35. Giouagn.de reſp.
100. num. 61. Rot. deciſ.281.num.2.dec.342.ſub num.4.
verſ. ex mentione part.2.recent. & in d. Monopolitana
bonorum.

Et amplius, quia in teſtamento Iaſonis alterius ex
diuidentibus fuit expreſsè demandatum eius filiis, &
deſcendentibus qui erant vocati ad fideicommiſſum
Camilli ſenioris, quod renuncient iuribus com-
petentibus,aut competituris ex teſtamento, & fidei-
commiſſo dicti Camilli,& ſic negari non poteſt quin
tempore huius præcepti Iaſon habuerit fideicommiſ-
10 ſi ſcientiam,à qua arguitur ſcientia,† & animus euer-
tendi fideicommiſſum etiam in præteritum de tempo-
re diuiſionis, Alba conſ.74 nu.7.& 8.Menoch.conſ.87.
ſub n.56.verſ.oritur ergo Ruin.conſ.147.n.15. in fin.lib.2.
Rot.deciſ.281.num.3.in fin.deciſ.624.num.11. in fin.deciſ.
624.n.15.in fin.par.2.recent.& ſufficit ad hunc effectum
11 etiam ſcientia præſcripta † quæ ex prædictis ſimul
iunctis reſultat, Berett.conſ 69.num.10.Hond.dict.conſ.
33.nu.34.Non.d.conſ.41.n.15.Menoch.d.conſ.87.nu. 5. 6.
Giouagn.d.reſp.100.nu.65.& 97.Barz.d.dec.96.n.16.&
ſeq.Rot.deciſ.342.num.3.& 5.part.5.recent.

Nec refert,quod de tempore mortis Camilli filij
12 eſſent infantes, † quia attenditur tempus diuiſionis,
quo erant adulti,& quadragenarij, Bart.in d.l. qui Ro-
ma §.fratres ſub num.15.ff. verb. oblig. prout etiam nil
facit,quod ex diſpoſitione text. in l. de his ff.tranſact.
13 requiratur ſcientia ſpecifica † fideicommiſſi, & viſio
ſaltem intellectualis verborum teſtamenti nam etiam
ex coniecturis ſcientia,& viſio huiuſmodi probatur,
Pariſ.46.n.18.lib.2.& cum diſpoſitio dictæ legis ema-
nauerit ad euitandam læſionem, & fraudes non tam
14 rigidè ſeruatur in diuiſione fideicommiſſi reciproci,
& coæqualis,in qua læſio aut fraus non cadit, Pariſ.
d.conſ.46.num.21.Soc.iun.d.conſ. 116. num. 65. verſ. non
obſtat quod non fuerint & num.ſeqq. lib. 1. Tobb. Non
conſ.41.num.17. Hond.conſ.33.numer. 36. & ſeq. lib. 1.
Caualc.deciſ.36.ſub num.24.part.1.Burz.deciſ.96. num.
6.& ſeqq.

Sed

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Sed ex abundanti ex dicto præcepto Iaſonis de re-
nunciando fideicommiſſo Camilli inducta fuit qua-
tenus opus eſſet noua ejuſdem fideicommiſſi renun-
ciatio quàm ejus filij, ac deſcendentes, & ſignanter
Vizani actores in executionem dicti præcepti ſolem-
niter fecerunt, & propterea excluduntur ab eodem fi-
deicommiſſo tùm vigore propriæ renunciationis, tum
15 primæ factæ à diuidentibus, † quæ illos afficit, etſi
ex propria perſon ad dictum fideicommiſſum vocatos,
quia ſunt diuidentium hæredes, cum enim diuidentes
16 aſſignauerint † ſibi, & hæredibus portiones ad libe-
ram, & perpetuam diſpoſitionem, & in parte diſpo-
ſitiua promiſerint per ſe, & hæredes cenſentur in
diuiſionem, & renunciationem deduxiſſe, nedum
jus proprium, ſed etiam jus futurum dæredum, de quo
diſponere potuerunt *l. vnum ex familia §. ſi rem l. cum
filius §. Dominus ff. leg. 2. l. hæredum Cod. fideic. Rimin.
iun. conſil. 295. num. 62. Gabr. conſ. 85. num. 6. lib. 1. Galler.
de renunc. lib. 1. cap. 11. num. 28.* vnde fit vt hæredes te-
17 neantur ſtare diuiſioni † ac renunciationi quamvis
ex propria perſona ſuccedere potuiſſent, vt declaran-
do doctrinam *Bald. in l. qui ſe patris ſub numer. 32. verſ.
aut promiſit Cod. vnum lib. diſtinguit Alb. conſ. 74. ſub
num. 5. verſ. & hoc procedit Ruin. conſ. 25. num. 11. conſil.
138. num. 10. verſ. aut promiſit lib. 2. Menoch. conſ. 87. nu.
99. & ſeqq. Fuſar. conſ. 95. numer. 21. Giouagn. reſp. 100.
num. 11. lib. 1. Socc. iun. conſil. 107. num. 56. lib. 3. Fulgoſ.
conſ. 67. nu. 3. Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 11. num. 28. &
29. verſ. quapropter Peregr. de fideic. art. 52. numer. 97.
Menoch. præſump. 115. num. 56. lib. 3.* eo fortiùs in caſu
noſtro quo Iaſon in teſtamento mandauit renunciari
per filios fideicommiſſo Camilli, & in Codicillis di-
uiſiones ratificauit, & ſic conſtat quod voluit diſpo-
nere etiam de juribus fideicommiſſi fauore filiorum
purificandi.

Non obſtat quod præceptum Iaſonis loquatur de
renunciatione ad commodum, & beneficium pro-
priæ hæreditatis. Nam præter quod hodie non agi-
tur de hæreditate Iaſonis, & ſufficit ſublatum fuiſſe fi-
deicommiſſum Camilli quod non ſuffragari fuit de-
ciſum, qualitas illa præcepti non efficit, vt ex re-
nunciatione facienda ab hæredibus transferantur in
hæreditatem jura fideicommiſſi Camilli, ſed ſolum
vt extinguantur, per quam extinctionem remoto ob-
ſtaculo fideicommiſſi antiquioris hæreditas Iaſonis
commodum reportat quia onere reſtituendi non à-
ſtringitur, ac liberatur ab omnibus prætenſionibus
vocatorum ad fideicommiſſum patris. Et hoc fuiſſe
intentum Iaſonis apparet, quia ipſe paulo infrà rati-
ficauit diuiſiones factas cum fratre extinctiuas ex ſu-
pradictis jurium fideicommiſſi paterni, quæ ſi voluit
18 facto proprio extinguere veriſimile non eſt † quod
eodem contextu voluerit ſecus facto filiorum *Gio-
uagn. in ſim. reſp. 100. num. 58. verſ. nam dicta reſeruatio
lib. 1.* ſed illorum renunciatio famulando diuiſionibus
importat ſimilem extinctionem, ita vt ſicuti per diui-
ſiones portio vniuſcujuſque eximebatur ab omni fi-
deicommiſſo ita per renunciationem deſcendentium,
19 cum vna pars teſtamenti † aliam declaret earumque
contrarietas euitari debeat dum poſſunt conuenire,
*Hond. conſ. 33. num. 58. & 59. lib. 1. Seraph. deciſ. 374. in
20 fin.* nec eſt nouum quod dicatur ad fauorem etiam † ea
renunciatio quæ non transfert, ſed extinguit jura apta
alteri nocere *Alciat. in l. conditionis nu. 29. & 40. Cod.
21 pact. fol. 314.* ſeu obuiat † acquiſitioni juris querendi,
vt per *Rot. deciſ. 12. ſub num. 31. verſ. ſed Dominus Dux
22 par. 6. recent.* & renunciatio quandoque † accipi-
tur pro repudiatione *l. ſicut. Cod. repud. hæred. Bald.
conſil. 403. numer. 3. lib. 1. Socc. conſ. 91. num. 5. lib. 1. cum
aliis alleg. per Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 2. num. 11.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

## ROMANA PECVNIARIA.

*Lunæ 15. Iunij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Fidejuſſor pro Exactore, ſiuè Adminiſtratore tene-
tur, nedum ſi Exactor rationem non reddit de exactis
ab ipſo, ſed etiam ab alio de ejus ordine ſiuè manda-
to cum exegiſſe videatur qui per alium exegit. Fide-
juſſor ſimpliciter obligatus ſubit omnem obligatio-
nem principalis, & tenetur in omnem caſum, qui
venit ex natura contractus *Text. in l. cum apud ff. Iu-
dic. ſolu.* declaratur. Filius ſi exegit pecunias quas pa-
ter exigere tenebatur, tunc in eo præſumitur manda-
tum, & ex quibus tale mandatum eliciatur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ad reddendam rationem de exactis, tenetur etiam de exactis ab alio de eius ordine, cum exegiſſe videatur, qui per alium exegit.*

2 *Siue alium ad exigendum præpoſuerit expreſſè, ſiuè tacitè; quicquid dicendum eſſet circumſcripto ordine ſiue mandato, & nu. 3.*

4 *Fideiuſſor ſi ſimpliciter interceſſit ſubit omnem obligationem principalis.*

5 *Fideiuſſor cenſetur obligatus in omnem caſum, qui venit ex natura contractus, cui acceſſit, & nu. 12.*

6 *Fideiuſſor nominatim obligatus ad reddendam rationem de exactis ab aliquo, non dicitur fideiuſſiſſe pro exactis ab eius ſubſtituto, & nu. 7.*

*Declara concluſionem procedere in ſubſtituto à Principe, ſecus in ſubſtituto ab ipſamet perſona, pro qua fideiuſſor acceſſit ratio diuerſitatis eſt, nam in hoc ſecundo caſu ſubſtitutus non diſtinguitur à perſona ſubſtituentis. nu. 10.*

8 *Promittens pro alio intelligitur ſolum ſe obligaſſe cum id, quod ille debet ex propria perſona, non autem ex perſona alterius.*

9 *Fideiuſſio ſtrictè eſt intelligenda, vt etiam in caſu expreſſo minus obliget, quam fieri poteſt.*

*Reſtringi tamen non debet ad excluſionem eorum, quæ veniunt ex eodem inſtrumento, ſuper quo fuit interpoſita fideiuſſio nu. 13.*

10 Text. in l. cum apud ff. Iudic. ſolu. *declaratur,* Menoch. conſ. 119. nu. 10. & 11. *quo caſu loquatur?*

11 *Filius exigens pecunias pro patre, cenſetur tanquam eius Procurator, ac miniſter exegiſſe, & ſic exactio cadit periculo patris.*

14 *Mandatum Patris in filio præſumptionibus probari poteſt.*

15 *Mandatum procuræ præſumitur in filio ſi exigit pecunias quarum exactio ad patrem ſpectabat, ipſo ſciente, & patiente, nam ſciendo, & patiendo cenſetur filium præpoſuiſſe ad exigendum.*

16 *Scientia patris de exactione pecuniarum facta à filio redditur clara ex cohabitatione cum ipſo filio.*

17 *Maximè, quando agitur de negocio vtrumque tangente, & de plurimis exactionibus palam factis tempore ſucceſſiuo.*

18 *Item ſcientia patris educitur ex inueriſimilitudine non inueſtigandi à quo redditus exigerentur, quodque ignorauerit id, de quo debuit eſſe ſollicitus ratione proprij officij.*

19 *Mandatum procuræ præſumitur in filio, ſi pecunias pro patre exegit easque deſcripſit ſub nomine patris*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*in libro, in quo pater ſimiles exactiones deſcribere ſolebat.*

20 *Præſertim ſi in eodem libro filius adnotauit alias partitas per patrem exactas, exinde enim colligitur, quod pater eius fide, & opera vtebatur.*

21 *Pater ſi ingentem pecuniarum ſummam depoſuit in aliquo Banco, nec conſtat pecunias depoſitas potuiſſe à patre aliunde comparari, tunc oritur præſumptio quod dictæ pecuniæ ſint eædem et exactæ à filio pro patre.*

22 *Partitæ veræ in parte, veræ præſumuntur in reliquis.*

23 *In exigente pecunias præſumitur mandatum, aliàs veriſimile non eſt, quod debitor ſoluerit non conſtito prius de illius ſufficienti mandato procuræ ad exigendum.*

24 *Filius ſi pecunias, quarum exactio ad patrem ſpectabat exigit nec expreſſit ſe procuratorem patris ſi talis reuera erat, perinde habetur ac ſi expreſſiſſet.*

25 *Præſumptiones, & coniecturæ vim recipiunt à qualitate perſonarum.*

26 *Mandatum patris in filio facilè præſumitur.*

27 *Præſumptiones ſimul iunctæ vim recipiunt.*

28 *Sub obligatione generali de exigendo, & rationem reddendo de omnibus exigendis quænam veniant?*

29 *Exactor ſi vigore mandati ad exigendum obligatus ſit exigere in futurum omnia nomina debitorum debet pariter de omnibus reddere rationem ſiue exegerit, ſiue culpa propria non exegerit.*

30 *Exactor vt condemnari poſſit pro non exactis probandum eſt quod nomina debitorum erant ſoluenda, alioquin conuinci non poteſt culpa non exigentis, ſine qua ille non exactis non tenetur.*

31 *Amplia etiamſi exactor ſiue procurator nullam fecerit diligentiam pro exigendo.*

32 Cephal.conſ.532.n.4.& 5.*quo caſu conſuluit?*

33 *Relatio repetit in referente qualitates omnes, & caſus contentos in relato.*

## DECISIO CXXXV.

DEciſio ædita die 19. Maij 1635. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Panzirolo reduxit ad ſcuta 443. & b. 12. mandatum à Iudice Orfanorum Vrbis alias relaxatum pro ſcu. 1300. contra Muſcam fidejuſſorem Dominici Varrini olim Exactoris Orfanorum, quia in debitum Dominici fuerant adſcriptæ plures partitæ exactæ non ab ipſo, ſed ab Horatio eius filio, pro quibus fideiuſſor imò nec ipſe Pater tenetur, & quia ad ejuſdem Dominici creditum adſcribenda erant ſcut. 210. pro ſalario illi debito à menſe Septembris 1626. vſque ad menſem Ianuarij 1629. & alia ſc.30. ſoluta in diuerſis vicibus ad vtilitatem Orfanorum.

Quæ fundamenta repropoſito hodie dubio ſuper
eiſdem corruere ex nouiter deductis viſa ſunt. Nam
1 obligatio Dominici reddendi rationem de exactis †
comprehendit etiam exacta ab Horatio filio de ejus
ordine, cum exegiſſe videatur qui per alium exegit *l.
tres tutores §. non ſolum l. ita autem §. geſſiſſe ff. adminiſt.
tutor. l. ſolutam l. verò procuratori ff. ſolut. Eſcobar. de
ratiocin. cap. 3. nu. 20. Larrea deciſ. Granaten. 45. ſub nu.
19. Rota deciſ. 355. ſub num. 4. par. 1. recent.* ſiue alium ad
2 exigendum † præpoſuerit expreſsè, ſiuè tacitè *gloſſ.
magn. in l. 1. ff. de exercit. act. & in l. quicunque §. non
tamen verb. dumtaxat ff. inſt. act. Bart. ibid. in princ.
Grat. diſcept. 677. num. 23. & ſeqq. Rota Ianuen. deciſ.
3 14. numer. 2. & 3.* quicquid dicendum eſſet † circumſcripto
dicto ordine *ex tex. in l. 1. & ibi notatis ab Odoff.
& Salyc. num. 1. Cod. ne fil. pro patr. alleg. in dec. quæ reuidetur.*

Vndè ſequitur vt eadem comprehendat etiam obli-
4 gatio fidejuſſoris, quia vbi fidejuſſor † ſimpliciter in-
ceſſit, ſubit omnem obligationem principalis *Aym.
conſ. 272. nu. 2. & 5. Surd. conſ. 359. ſub nu. 26. & 27. Franc.
Ant. Coſt. conſ. 73. nu. 37. Rota deciſ. 299. nu. 7. par. 1. recen.*
5 & cenſetur obligatus † in omnem caſum qui venit ex
natura contractus cui acceſſit *l. ſi quis pro eo §. ſi numos
l. ſi à colono §. fin. ff. fideiuſſ. l. centum Capuæ ff. de eo quod
cert. loc. Alex. conſ. 34. num. 5. & per tot. lib. 2. Aym. conſ.
45. nu. 6. Surd. d. conſ. 359. nu. 33. Manent. dec. 38. num. 20.
Mart. vot. 2. nu. 5. & 6.*

Nec releuat quod Muſca fidejuſſerit nominatim
6 † pro pecuniis exigendis à Dominico *ad trad. per
Menoch. conſil. 119. n. 10. & 11. vbi ex text. in l. cum apud
7 ff. iudic. ſolu.* ait quod qui fidejuſſit pro Meuio † non
dicitur fideiuſſiſſe pro ſubſtituto Meuij, & in ſimili
eſt *text. in l. 3. §. illud ff. rem pupill. ſalu. for. ex quo Alciatus
in l. Gallus §. & quid ſi tantum in 2. let. nu. 28. ff. lib. &
poſth.* notat, quod promittens pro alio intelligitur
8 ſolum † ſe obligaſſe ad id quod ille debet ex propria
perſona non autem ex perſona alterius, & *Alciat. ſe-
9 quitur Surdus conſ. 281. nu. 64.* Nam fidejuſſio † ſtrictè
eſt intelligenda vt etiam in caſu expreſſo minus obli-
get quam fieri poſſit *Menoch conſ. 212. num. 13. & ſeqq.
Burſatt. conſ. 193. numer. 6. Franc. Anton. Coſt. conſ. 73. numer. 30.*

Quia pro exactis ab Horatio Dominicus tenetur
ex propria perſona cum ipſe videatur exegiſſe vt ſupra
10 probatum fuit, *text. autem in d. l. cum apud*, † ac ipſo
*Menoch.* loquitur de ſubſtituto à Principe, nec procedit
in ſubſtituto ab ipſamet perſona pro qua fidejuſſor
acceſſit, & ratio diuerſitatis eſt quia hoc ſecundo
caſu ſubſtitutus non diſtinguitur à perſona ſubſtituentis,
vt ex ſententia Iacobi de Rauenna cenſuit
*Alber. in l. non à Iudice §. ſi quis alio num. 3. ff. iud. quem
ſequitur Iacob. de Sanct. Georg. ibid. num. 2. verſ. contrariam
Angel. in d. l. cum apud ſub nu. 1. verſ. & idem ff. iudic.
ſolui Mart. de iuriſdict. cent. 4. caſ. 178. ſub num. 12 &
nu. 13.* & præ cæteris vtrumque caſum bene diſtinguit
*Ludou Morat. conſ. 49. nu. 2. Diez. de Ribadenyra alleg.
iuris tom. 1. alleg. 15. ſub num.* 34. quicquid autem ſit de
hac diſtinctione in terminis fideiuſſionis præſtitæ ſuper
ſententia ferenda à certo Iudice nominatim cum
eam vbi Iudex nominatus proprio nomine non fuit,
adducat *Bart. in d. l. cum apud nu. 6.* nos verſamur extrà
caſum quæſtionis, quia Horatius non fuit ſubſtitutus
ad exigendum, ſed exegit pro patre tamquam ejus
11 procurator † ac miniſter, & propterea periculo pa-
tris *§. quod ſi tutor inſt. de curator. Trentacinq. var. reſol.
1. nu.* 34. cujus obligatio non fuit aliquatenus altera-
12 ta, † cum etiam pro gerendis ab illius procuratore,
ſeu miniſtro actio ineſſet tempore contractus *iuxta
theoricam Bald. relat. à Franc. Ant. Coſt. conſ. 73. num. 43.*
adeo quod verſamur præcisè in caſu fidejuſſionis præ-
13 ſtitæ quæ reſtringenda quidem eſt † ſed non ad excluſionem
eorum, quæ veniunt ex eodem inſtrumento
ſuper quo fuit interpoſita *Burſat. conſ. 313. ſub num. 14.
Rauden. dec. Piſan. 4. nu. 45.*

Ordo verò, ſeu tacitum patris mandatum, quod
14 † etiam præſumptionibus probari poteſt *Ciriac. controu.
505. ex nu. 51. Grat. diſcept. 505. num. 13. Seraph. deciſ.
1326. numer.* 2. elicitur primò quia filius exegit patre
15 ſciente, & patiente, ſciendo † enim, & patiendo filium
exigere ea, quorum exactio ad ſe ſpectabat cenſetur
illud præpoſuiſſe ad exigendum *l. 1. §. magiſtrum
& ibi Bart. numer. 2. ff. de exercit. act. l. quicunque §. non*

tamen,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*tamen*, ibi, *ſi permiſerit ei dari ſummas ff. inſtit. act. l. ſi*
*remunerandi §. ſi paſſus l. ſi fideiuſſor ff. mandat. Menoch.*
*conſ. 145. nu. 41. Grat. diſcep. 677. n. 24. & 26. Affl. dec. 308.*
*nu. 7. & 8. Rota Iamen. deciſ. 14. ſub nu. 3. Larrea deciſ.*
*Granaten. 55. ſub nu. 20.*
16 Et ſcientia patris † indubitabilis redditur tum ex
cohabitatione cũ filio *l. octaui ff. vnd. cognat. Ruin. conſ.*
*123. numer. 18. lib. 5. Becc. conſ. 47. num. 22. & 23. Rota dec.*
*663. num. 5. par. 1. diuerſ.* Maximè quia agitur de nego-
17 cio, † quod vtriuſque intererat, nempè patris vt exa-
ctoris, filij vt fidejuſſoris pro patre, & de plurimis
exactionibus palàm factis tempore ſucceſſiuo, vt per
*Zuccard. conſil. 66. numer. 26. Honded. conſil. 80. numer.*
*44. & ſeqq. libr. 2. Surd. conſil. 251. numer. 16. & alios*
*relat. à Io. Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & ignor. inſpect.*
*74. num. 1.*
18 Tùm etiam ex inueriſimilitudine † quod pater cui
incumbebat onus exigendi non inueſtigauerit à quo
redditus exigerentur, & ignorauerit id de quo de-
buit eſſe ſollicitus ratione proprij officij, & intereſſe
*Abb. in cap. innotuit numer. 9. de elect. Dec. conſ. 160. nu.*
*5. Burſatt. conſ. 292. num. 7. Menoch. præſump. 23. nu. 66.*
*lib. 6. Surd. deciſ. 182. numer. 9. Rota deciſ. 166. in princ.*
*par. 1. diuerſ.*
19 Secundò deducitur mandatum † quia filius partitas
à ſe exactas deſcripſit ſub nomine patris in libro, in
quo pater ſimiles exactiones deſcribere ſolebat vt in
propoſito ponderat *Alex. Rauden. deciſ. Piſan. 4. num.*
*39. in fin. Buratt. deciſ. 113. num. 25. verſ. præſertim.* eo-
que magis quia in eodem libro filius adnotauit etiam
20 alias partitas † exactas per ipſummet Dominicum
patrem, vt patet ex quietantiis productis vnde col-
ligitur quod pater ejus fide, & opera vtebatur, &
quod plus vrget tempore proximo exactionibus fa-
ctis à filio pater ingentem pecuniarum ſummam de-
poſuit in Monte Pietatis ad creditum Orfanorum, quæ
cum non conſtet potuiſſe aliunde à patre comparari
21 præſumuntur † eædem exactæ à filio pro patre *Rip.*
*in l. ſi ventri §. fin. numer. 10. ff. priuil. cred. Aym. conſ.*
*298. num. 13. Anch. conſ. 434. num. 3. Menoch. præſump. 55.*
*num. 8. lib. 3. Surd. deciſ. 55. num. 9. Rota deciſ. 481. num.*
*6. & ſeqq. par. 5. recent.* Sicuti autem partitæ quas fi-
lius ſcripſit in libro paterno verificatur in ſummis
exactis à patremet & aliis ab eo depoſitatis in Monte
22 Pietatis, ita vera † præſumuntur in reliquo *Bart. in l.*
*admonendi num. 27. vbi Iaſ. num. 111. ff. de iur. iur. Aym.*
*conſ. 158. num. 6. Surd. dec. 199. nu. 11. Rot. dec. 813. nu. 3. &*
*6. par. 1. diuerſ.*
Octauo quia non apparet patrem aliquandò petiiſ-
ſe à debitoribus ſummas, quas filius exegerat, nec
23 credibile eſt quod tot debitores ſoluiſſent † plures
pecuniarum ſummas Horatio, niſi conſtito prius de
illius ſufficienti mandato *Roman. conſ. 63. num. 3. Grat.*
*diſcept. 505. num.* 17. & licet Horatius in quietantiis,
quas debitoribus fecit non expreſſerit ſe procurato-
24 rem patris, † quia tamen talis reuera erat, & exactio
ſpectabat ad patrem eſt ac ſi expreſſiſſet *l. fin. ff. de inſt.*
*act. Angel. in l. eamdem in fin. ff. de duob. reiſ. & ibid. Ron-*
*chegall. in princ. nu. 163. Dec. conſ. 510. nu. 5. Rauden. d. dec.*
*4. nu. 116.*
25 Quæ præſumptiones † vim recipiunt à qualitate
26 perſonarum cum in filio † facilè præſumatur manda-
tum patris *Abb. conſ. 7. num. 4. lib. 2. Gozzad. conſ. 11. nu.*
*15. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 5. nu. 10. in fin. Pacian. de pro-*
*bat. lib. 1. cap. 13. nu. 11. Larrea deciſ. Granat. 55. ſub num.*
27 20. & ſimul junctæ † vt debet *gloſſ. in l. 3. §. eiuſdem*
*verb. ſpeciem ff. de teſtib. Corn. conſ. 1. nu. 22. lib. 3. Roland.*
*conſ. 22. nu. 27. lib. 3. Surd. conſ. 1. nu. 52. Buratt. deciſ. 709.*
*nu. 9. dec. 932. nu. 4.*

Sed quatenus filius exegiſſet ſine mandato patris,
& pecunias in proprios vſus conuertiſſet, ita vt pater
non teneretur reddere rationem de exactis à filio ſub
titulo exactorum adhuc teneretur ſub titulo exigen-
dorum, & quæ culpa patris non fuerunt exacta, nec
impoſterum exigibilia ſunt; promiſit enim in ſpecie
ſe redditurum rationem de nominibus non exactis,
28 & culpa propria inexigibilibus; quod etiam venit †
ſub obligatione generali de exigendo, & rationem
reddendo de omnibus exigendis, quia hoc gerundium
habet eandem latitudinem, quam habet mandatum
exactori datum ad exigendum, cujus vigore cum
29 exactor obligatus ſit † exigere in futurum omnia no-
mina debitorum debet pariter de omnibus reddere
rationem, ſiuè exegerit, ſiuè culpa propria non exe-
gerit *l. tutori Cod. negot. geſt. l. procuratorem, & ibi gloſ.*
*verb. non exactus C. mandati l. ſi remunerandi §. 2. ff. eod.*
*Rota deciſ. 288. num. 3. poſt Cinc. de cenſib. & in Romana*
*redditionis Computorum 12. Iunij currentis coram R. P.*
*D. meo Royas.*
30 Et quamvis vt condemnetur pro non exactis † pro-
bandum ſit quod nomina debitorum erant ſoluenda,
& facilis exactionis, cum alioquin conuinci non
poſſit culpa non exigentis ſine qua ille de non exactis
haud tenetur *Ruin. conſ. 193. numer. 8.* vbi id ampliat
31 etiam ſi procurator nullam diligentiam feciſſet pro
exigendo *lib. 5.* quem ſequitur *Becc. conſ. 37. ſub nu. 20.*
*Decian. conſ. 85. nu. 27. lib. 2. Surd. conſ. 228. ſub num. 16. &*
*alij allegati in d. Romana redditionis Computorum coram*
*D. meo Royas,* hoc ſatis apparet dum fuerunt exacta à
filio, eadem enim facilitate potuiſſent exigi à patre
cujus negligentia hodie effecta ſunt inexigibilia, quia
Rota alias declarauit debitores qui ſoluerunt Horatio
cogi non poſſint, vt iterum ſoluant.
Non obſtat quod Muſca non fidejuſſerit pro non
exactis, quia nec ſe reſtrinxit ad exacta, vt in caſu
32 quo † conſuluit *Ceph. conſ. 532. nu. 4. & 5.* & fidejubendo
pro exigendis relatiuè ad obligationem aliorum fide-
juſſorum, qui pro exactis, & non exactis ad formam
obligationis principalis prius acceſſerant, ibi, *ſic vt*
*ſupra obligatos,* & paulò infrà, ibi, *vt ſupra obligatos,*
ipſius quoque obligatio ad non exacta porrigitur vi-
33 gore dictæ relationis, quæ repetit in referente † quali-
tates omnes, & caſus contentos in relato *l. fin. Cod. qui*
*potior. in pign. hab. Menoch. conſ. 124. n. 59. Surd. conſ. 105.*
*nu. 30.* & in terminis fidejuſſionis *idem Surd. deciſ. 212.*
*nu. 14. Rauden. dec. Piſan. 4. nu. 81. Maſtrill. dec. 126. n. 18.*
Non obſtat quod pro non exactis nondum fuerit re-
laxatum mandatum contra principalem, quod tamen
præcedere voluit Muſca prius quam conueniretur,
quia mandatum hactenus relaxatum pro ſc. 1300. re-
cipit declarationem à Syndicatu in quo apparet ha-
bitam fuiſſe rationem etiam partitarum, de quibus
agitur.
Quo verò ad prætenſum ſalarium, & alias parti-
tas quas informantes pro Muſca prætendebant ad-
dendas credito exactoris, reſponſum fuit de il-
lis quoque actum fuiſſe in dicto Syndicatu, & in re-
laxatione mandati executiui, quod ideò relaxatum
fuit ſolum pro ſcutis 1300. cum tamen debitum exa-
ctoris aſcenderet ad ſcuta 3950.
Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## ARIMINEN. SALVIANI.

*Veneris 19. Iunij 1643.*

## ARGVMENTVM.

Ægidiana locum non habet quoties ſententia conce-



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dit immiſſionem ſuper re de directo dominio Eccleſiæ, etiam reſpectu vtilis dominij competendo laico, quamvis non tota res ſit Eccleſiaſtica, ſed vna tantum pars; nam cum illa non ſit à reliquo ſeparata trahit ad ſe tanquam magis digna reliquas partes merè laicales. Saluianum competit donatario pro conſecutione rei donatæ. Donatio inofficioſa re non corruit in totum, ſed filius agere poteſt ad legitimæ ſupplementum, cui locus non eſt non docto de valore bonorum donantis, qui probandus eſt à dante de inofficioſitate donationis, Donatio etiam conditionalis juxtà magis, ac veriorem DD.ſententiam non efficitur caduca per prædeceſſum donatarij ante donantem, quando etiam hæredibus fuit donatum, & redditur ratio in deciſione.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ægidiana locum non habet in bonis Eccleſiæ ex defectu poteſtatis.*

2 *Amplia etiam reſpectu vtilis dominij ſpectantis ad laicum nam cum habeat intrinſecam connexionem cum directo illius cognitio, quamvis quæſtio verſetur inter laicos ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

3 *Item amplia principalem concluſionem quamvis vna tantum pars ſit Eccleſiaſtica, reliquæ verò laicales, nam illa vti magis digna trahit alias partes, itaut omnes ſubſint Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici donec fiat ſeparatio.*

*Ratio eſt nam ante ſeparationem Eccleſia ad partem ſibi tangentem habet dominium in qualibet gleba totius rei, nu.7.*

4 *Clericus ſi poſſidet bona communia cum laico, tunc omnes conueniri debent coram Iudice Eccleſiaſtico, ratione perſonæ Clerici.*

5 *Ægidiana locum non habet quoties Clericus poſſidet rem communem cum laico.*

6 *In connexis pars appellabilis trahit ad ſe partem non appellabilem.*

8 *Ægidiana locum habet etiamſi ſententia concedat immiſſionem ſuper corporibus Eccleſiaſticis, & laicalibus, ſi ſunt inter ſe ſeparata, quo caſu licet non intret quoad vnum, locum habet quoad reliqua.*

9 *Deputatio Iudicis probatur ex fide publica Actuarij cauſæ, cui creditur.*

10 *In Iuriſdictionem Iudicis conſenſiſſe dicitur, qui coram eo pluries comparuit, itaut amplius non poſſit dictam Iuriſdictionem impugnare.*

11 *Dominium, ac poſſeſſio rerum donatarum vigore clauſulæ,* Conſtituti, *& clauſula,* ad habendum*, adiectis in donatione tranſlata dicuntur in donatarium, ac proinde ſuper bonis donatis non poteſt ei competere hypotheca, nec Saluianum declara vt nu.14.*

12 *Hypotheca competere nequit ſuper re propria.*

13 *Saluianum interdictum non datur, quia eſt remedium adipiſcendæ.*

14 *Tranſlatio poſſeſſionis, ac dominij vigore clauſulæ,* Conſtituti, *fit per modum fictum, ac proindè adhuc poteſt conſtitutarius agere ad conſecutionem poſſeſſionis per modum verum, & actum facti.*

15 *Saluianum datur donatario pro conſecutione rei donatæ.*

16 *Venditio facta cum reſeruatione hypothecæ, donec pretium, ſoluatur pretio nondum ſoluto, adhuc penes venditorem remanere dicitur, itaut poſſit illius vigore agere.*

17 *Hæres poſſidens bona Teſtatoris, qui alia bona ad ipſum hæredem ſpectantia vigore fideicommiſſi alienauit, cenſetur in recompenſam bonorum alienatorum poſſidere, & tanquam effecta propria ipſius hæredis per imaginariam ſolutionem.*

18 *Bona alienata ad fideicommittentem ſpectare non dicuntur, ſi in duabus ſpecialibus demonſtrationibus non concordant.*

19 *Exceptio fideicommiſſi non retardat executionem ſententiæ in Saluiano, niſi ſit incontinenti probata.*

20 *Donatio omnium bonorum, nulla facta reſeruatione pro legitima filiorum corruit in totum, vti inofficioſa re, & conſilio.*

21 *Donatio per prædeceſſum donatarij ante donantem remanet caducata ex præſumpta mente donantis, quem lex præſumit noluiſſe hoc caſu ſibimet præferre heredes donatarij.*

22 *Amplia quamvis hæredum mentio facta fuiſſet, quia cenſetur donatum hæredibus contemplatione primi donatarij, præſertim quando donatio eſt conditionalis. Contrarium nu.29. & ſeqq.*

23 *Donatio quod fuerit perſonalis, nec in ea comprehenſi heredes donatarij reſultat, ſi mortuo donatario, donans alium hæredem inſtituit, ex hoc enim clarè deſumitur declaratio donantis, quæ etiam ex interuallo fieri poteſt. Et quo caſu talis declaratio procedat? nu.34.*

24 *Donatio quamuis ſit inofficioſa re, nihilominus non corruit in totum, ſed filius agere poteſt ad ſupplementum legitimæ, ſi ei locus ſit.*

25 *Et ſufficit ad hunc effectum, quod aliquid filio fuerit donatum.*

26 *Legitimæ ſupplemento locus non eſt, non docto de valore bonorum donantis, qui probandus eſt à dante de inofficioſitate donationis.*

27 *Filia quod fuerit dotata de bonis maternis ex quibus probetur?*

28 *Præſumptio* l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. *quo caſu excludatur?*

29 *Donatio etiam conditionalis per prædeceſſum donatarij ante donatorem non efficitur caduca, quando etiam hæredibus fuit donatum iuxtà veriorem, & magis communem opinionem.*

30 *Ratio eſt quia tunc donator præſumitur quod voluerit quoque hæredibus acquiri, vel ex propria perſona, vel ex tranſmiſſione, & ex quibus talis voluntas deſumatur? nu.33.*

31 *Tranſmiſſio etiam in contractibus locum habet pendente conditione.*

32 *Donationes cum perſonis prohibitis vt valeant, oportet quod morte confirmentur.*

35 *Hæres donatarij agere nequit ex donatione conditionali, niſi poſt purificatam conditionem.*

36 *Excipere nequit de non adimplemento qui nullum habet intereſſe.*

37 *Clauſula,* conſtituti, *probat poſſeſſionem conſtitutarij contra conſtituentem, & habentem cauſam ab eo.*

38 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

39 *Iura noua produci poſſunt etiam poſt ſententiam, ſi de eis antea nihil fuit oppoſitum.*

## DECISIO CXXXVI.

AD duo corpora alterum nuncupatum de Capuccini, alterum Monte del Toro obtinuit per ſententiam R. P. D. Sperelli Iudicis ab A. C. deputati immiſſionem ex Saluiano interdicto contra Ginebriam, Pompeus hæres Margheritæ vigore donationis ejus auctrici, & hæredibus factæ à Lauinia Matre, & cum

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& cum hodie in gradu appellationis mihi commiſſæ
cum clauſula, *Conſtito, quod ſit locus Ægidianæ*, dubi-
taretur, an Ægidianæ ſit locus fuit negatiuè reſolu-
tum, quoad prædium de Capuccini, affirmatiuè quo-
ad aliud.

1 Nam ex defectu poteſtatis Ægidiana † non procè-
dit in bonis Eccleſiæ quale eſt prædium de Capucci-
ni reſpectu directi dominii, à quo intrinſeca conne-
xione cum dependeat vtile illud etiam tale reputatur
2 † ad effectum vt ejus cognitio, quamvis quæſtio de-
ſuper vertatur inter laicos ſpectet ad forum Eccleſia-
ſticum, & per conſequens Ægidiana non intrat *iuxtà
magiſtralem deciſionem in Romana Domus de Scapuccis
coram bo.mem. Coccino impreſſ. apud Marcheſ.de com-
miſſ.par.1.fol.*1020. ſecuta eſt *Rot.in Romana domus ad
Sanctum Honuphrium coram Reuerendiſſ.Vrgell.impreſſ.
par.5.recen.dec.49.nu.1.& alias ſepiſſimè vt in deciſioni-
bus relatis in Romana bonorum* 19. *Ianuarij* 1643. *coram
R.P.D.meo Ghiſilerio.*

Et licet non totum prædium ſit Emphyteoticum
3 Eccleſiæ, ſed vna media tornatura, illa tamen † quia
non eſt à reliquo ſeparata trahit ad ſe tanquam magis
digna alias prædij partes merè laicales, ita vt omnes
ſubſint Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, donec fiat
4 ſeparatio, vt in terminis bonorum communium † in-
ter laicum, & clericum *Seraph.dec.957.n.2.Grat.diſc.
641.n.3.& 4. Carol. de Graſſ. de effect.cleric. effect.1.nu.
520. cum aliis alleg. per Modern. Aſſiſten. deciſ. fori
Eccleſiaſtici 19. num.* 23. & in puncto ad effectum ne ſit
5 locus Ægidianæ *Rota in Ariminen. Spolij* 10. *Decembr.*
1629. *coram bon. mem. Motmanno*, vbi dicitur ratio
6 quia inconnexis † pars appellabilis trahit ad ſe par-
tem non appellabilem *Franc.in cap.ſi duobus num.7.de
appellat.* & addi poteſt, quod ante ſeparationem Ec-
7 cleſia proportionabiliter † ad partem ſibi tangentem
habet dominium in qualibet gleba totius prædij *gloſſ.
in l.ſi familia verb.pro parte Cod.famil.erciſcun.Io.de
Amic.conſ.20.nu.15. Grat.diſcept.948.nu.43.*

Quo verò ad prædium Montis Tauri, hæc ratio
non militat, quia totum eſt laicale, & omninò di-
8 ſtinctum † à prædio de Cappuccini, nec ex eo quod
in eadem ſententia ad vtrumque conceditur immiſ-
ſio, in vtroque ſit locus Ægidianæ, vt fuit deciſum *in
Bononien. fideicommiſſi* 16. *Februarij* 1629. *coram bon.
mem.Coccino impreſſ.apud Modern.de manutend.deciſ.*
257. cui nec locus eſſe poteſt ratione nullitatis vel in-
iuſtitiæ ſententiæ vt apparebit ex reſponſionibus ad
objecta. Quorum primum verſatur circa defectum
juriſdictionis Domini Sperelli Iudicis ab A.C. depu-
tati, ſed tollitur facili negotio, quia deputatio hujuſ-
9 modi quæ exaduersò negabatur, probatur † ex fide
publica actuarij cauſæ cui creditur *Caputaq. dec.247.
nu.1.par.2.Rota dec.699.num.3.par.1.recent.* & cum ad-
uerſaria coram eodem D. Sperello pluries comparue-
10 rit conſenſit in illius juriſdictionem, † quam pro-
pterea hodie impugnare non poteſt *Felin. in cap. cum
M.Ferrarien.n.25.de conſt.in cap.ex tenore nu.19. de re-
ſcript.Lancell.de attent.par.2.cap.6.n.28.Scacc.de Iud.
lib.1.cap.101.ſub nu.19.Barz.dec.154.nu.8.*

Alterum objectum reſpicit juſtitiam ſententiæ mul-
11 tipliciter, & primò quia donatario † in quem vigore
clauſulæ, *conſtituti*, & clauſulæ, *ad habendum*, poſiti
in donatione tranſlatum fuerat rerum donatarum do-
minium, & poſſeſſio *l. quod meo ff. acq. poſſeſſ. l. lega-*
12 *tum ita ff. legat.2.l. à titio ff. furt.* non poterat † ſuper
eiſdem rebus competere hypotheca *l. ſi rem alienam la
2. ff. pignor. act. l. neque pignus ff. reg. iur.* & per con-
13 ſequens Saluianum interdictum quo † nec eget qui
poſſidet, quia eſt remedium adipiſcendæ *Becc. conſil.*
89.*numer.15. Surd. conſil.* 191. *numer.* 12. Cui objecto
ſatisfacit doctrina *Bald. in l. ab emptione* 59. *num.6. &
7.Cod. pact.* vbi quod tranſlatio dominij, & poſſeſ-
14 ſionis vigore clauſulæ, *conſtituti*, † ſit per modum
fictum juris videlicet fictione, & proinde adhuc agi
poteſt ad conſecutionem poſſeſſionis per modum
verum, & actum facti, & latè proſequitur in terminis
Saluiani *Pacif.de Salu.inſpect.3.cap.2.nu.*1009. *& ſeqq.
Rota dec.185.nu.7. & ſeqq.coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*
15 & in puncto † ad fauorem donatarij *dec.539.n.1.par.4.
dec.308.nu.3.par.5.rec.*

Secundò quia Pompeus ante judicium motum ab-
dicauit à ſe omne jus ſuper his bonis mediante ven-
ditione facta Comiti Eneæ Bando. Verum venditio
16 habet in ventre reſeruatione hypothecæ, † donec præ-
tium ſolueretur, cujus vigore prætio nondum ſolu-
to venditor agere poteſt *Tiraquell. retract. lignag.* §.
1. *gloſ. 2. numer. 39. Neguſan. de pignor. par. 5. memb.
2. ſub numer. 18. Gratian. diſcept. 730. numer. 17. & 23.
Mart.voto 43.nu.1.& per totum Rota deciſ.199. num.5.
par.7.recent.*

Tertiò quia hæc bona effecta fuerunt propria Gi-
17 nebriæ per immaginariam ſolutionem, † quam ſibi
videtur feciſſe tanquam hæres Lauiniæ donatricis in
recompenſam bonorum, quæ Lauinia viuens alie-
nauit ſubjectorum fideicommiſſo Lauræ quod ad Gi-
nebriæ fauorem purificatum fuiſſe, dixit *Rot. in Ari-
minen. bonorum 26. Maij 1623. coram bon. mem. Coc-
cino.*

Pro reſponſione animaduerterunt Domini quod
deciſio coram bon. mem. Coccino loquitur de aliis
quatuor corporibus poſtmodum reſtitutis aduerſariæ
præuio mandato Rotali. Alia autem bona per Laui-
niam alienata, non probantur eadem illa ad Lauram
18 fideicommittentem ſpectantia, † cum non concor-
dent in duabus ſpecialibus demonſtrationibus, vt
requiritur *Bart.in l.demonſtratio nu.14.ff.condit. & de-
monſtr.Alex.conſ.73.num.6.lib.3. Soccin. conſ.89. num.1.
lib. 1. Caualer. deciſ.311. num* 4. Præterea acquiſitio-
nes, quæ dantur ad probandam pertinentiam bono-
rum ad Lauram non fuerunt factæ à Laura, ſed à Si-
giſmundo, cujus hæreditatem quod Laura ſuperſtes
adiuerit nullibi conſtat. Nec pariter conſtitit in prima
inſtantia de teſtamento Lauræ, cum tamen doceri de-
19 buiſſet incontinenti † de claro fideicommiſſo, & bo-
norum identitate, vt ejus exceptio executionem ſen-
tentiæ in Saluiano latæ remoraretur *Seraph. deciſ.757.
nu.1.& 2.Rot.dec.539.ſub nu.10.par.4.rec.cum aliis alleg.
in dec.83.nu.11.apud Pacif.de Saluian.*

Quartò objicitur donationem eſſe inexequibilem,
20 † tùm quia cum malo animo facta fuerit de omnibus
bonis donatricis nihil reſeruato pro legitima Gine-
briæ ejus filiæ corruit in totum veluti inofficioſa re,
& conſilio, *Honded.conſ.43. num.22. lib.1. Becc.conſil.
68.num.5. Surd.conſ.473. numer.1. & ſeqq.* Tum etiam
quia caducata fuit per prædeceſſum Margheritæ do-
21 natariæ † ante donatricem, idque ex præſumpta men-
te donantis, quem lex præſumit noluiſſe hoc caſu ſi-
bimet præferre hæredes donatarij *Alciat. conſ.3. num.
20. & 23. lib. 8. Bald. conſ.391. num.1. lib.3. Ceph. conſil.
312.num.85.& 86. Menoch.conſ.84. numer. 15. conſ. 442.
num.32. Peregr.de fideicomm.art.51.num.*20. qui omnes
loquuntur, quamvis hæredum mentio facta fuiſſet,
22 quia † cenſetur donatum hæredibus contemplatione
primi donatarij, & in caſu noſtro concurrit vlterius,
quod donatio eſt conditionalis, vt fuit dictum *in
deciſ.134. coram D. Vrgellen.* quodque mortuo dona-
tario donatrix inſtituit hæredem vniuerſalem Gine-
23 briam, ideoque † donationem fuiſſe perſonalem, &



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

reuocatam declaraſſe videtur, & declarare potuit
etiam ex interuallo *Decian.conſ.7.num.99. lib.1.Boer.
dec.172.n.22.in fin.*

Primum tollitur ex quo donatrix deinde hæredem
inſtituit Ginebriam, eamdemque prius de bonis pro-
priis dotauerat in ſcut. 1700. exinde enim excluditur
conſilium fraudandi filiam, & quatenus donatio eſſet
24 inofficioſa re † non corruit in totum, ſed agi ſolum
poteſt ad legitimæ ſupplementum ſi ei ſit locus, *Bart.
in l.Titia ſeia 89.§.Imperator nu.4. ff.legat.2. Abb.in
cap.fin.num.5.de donat.Iaſ.conſ.125.num.17.lib.1.Natt.*
25 *conſ.125. num.5. & 6.* vbi quod ſufficit † aliquid etiam
minimum fuiſſe filiæ datum *Honded.conſ.43.nu.21.lib.
1.Grat.diſcept.729.numer.11.& 12. Rota dec.305.num.6.*
26 *par.3.recent.* Neque ſupplemento locus eſt † non do-
cto de valore bonorum donatricis, qui probandus eſt
à filia dante de inofficioſitate donationis, *iuxta theo-
ricam Bartoli conſ.17. lib.1.* & in terminis *Gabr. conſ.
137.num.20.lib.2. Honded.d.conſ.43.num.25.Grat.d.di-
ſcept.729.nu.10.*

Quod verò Ginebria dotata fuerit de bonis pro-
27 priis Lauiniæ conſtat ex inſtrumento dotali, † quo
Lauinia in ſolutum dotis à ſe promiſſæ ob decoctio-
nem viri aſſignauit Io. Baptiſtæ generoſo tot bona
propria, & cenſus ipſo viro præſente, & conſentien-
te cuius præſentia, & conſenſus inducit tacitam con-
feſſionem, quod bona ſpectabant ad vxorem, *& legis
Quintus Mutius ff.donat.inter vir. & vxor.* contrariam
28 præſumptionem † excludit *Salyc. in l. cum propria in
fin.C.ſi quis alteri, vel ſibi Natt.conſ.30.nu.2. Oſach.dec.
140.nu.8.& 10.verſ.aduertendum Rota dec.219.nu.7. &
8.par.2.diuerſ.dec.59.nu.2.dec.69. num.5. inter impreſſ.
apud Zacch.de Societ.offic.*

Alterum caducitatis donationis non ſubſiſtit ſup-
poſito, provt eſt in confeſſo apud partes, & firmat
*deciſ. 84. coram D.Vrgellen.* quod verſamur in dona-
tione inter viuos, licet eius effectus fuerit collatus
poſt mortem donatricis; nam quicquid ſit, An dona-
tio ſit pura vel conditionalis, etiam in terminis do-
nationis conditionalis verior eſt, & magis commu-
29 nis opinio † quod ob prædeceſſum donatarij ante do-
natorem non fiat caduca ſaltem quando etiam hære-
30 dibus fuit donatum, quia tunc præſumitur † quod
donator voluerit quoque hæredibus acquiri, vel ex
propria perſona, vel ex tranſmiſſione, quæ in con-
31 tractibus locum habet † etiam pendente conditione,
nec haberet ſi caducarentur *§.ex conditionali Inſt.de
verb.oblig.l.neceſſario §.1.ff.pericul.& commod.rei vend.
Gomeſ.latiſſimè variar.reſol.lib.2.cap.11.nu.36.* etiam in
puncto *Ruin.conſ.98.num.18.verſ.cum donatio lib.1.poſt
Bald.in l.2.num.10.C.iur.dot.Alex.conſ.14.num.3 lib.1.
conſ.78.num.4.lib.4. Roland.conſ.77.nu.12.lib.1.Franc.
Ant.Coſt.conſ.12.num.78.& 79.* vbi diſtinguit inter do-
32 nationes † cum perſonis prohibitis, quæ oportet con-
firmentur morte de quibus loquuntur plerique *ex
allegatis in obiecto, & alias ab initio validas Menoch.
ſibi contrarius conſ.388.ſub num.55. verſ. qua de re Ant.
Fab.in C.lib.8.tit.38.diffin.21.n.2.* quem refert, & ſequi-
tur *Fontanell.dec.54.num.16. Capic.latro dec.2.ſub num.
28. Rota deciſ.142. ſub num. 2. par.4.deciſ.9. numer.7.
par.7.recent.*

Et hæc opinio eo faciliùs recipienda eſt in præſen-
ti, quia donatrix ne dum donauit Margheritæ, & hæ-
33 redibus, † ſed etiam promiſit moleſtiam non inferre
Margheritæ nec eius hæredibus, quibus cum appli-
cabilis non ſit hujuſmodi promiſſio reſpectu dona-
tricis, niſi quatenus prædefuncto donatario ipſa vi-
uente, donatio tranſiret ad hæredes; inde deducitur
quod donatrix voluit etiam prædefuncto donatario
bona donata ad hæredes ſpectare ad tradita in propo-
ſito *per Ciriac.controu.314.numer.11.verſ.ſecundo quia.*
Neque vrget contraria declaratio deſumpta, vt ſupra
34 ex teſtamento donatricis, quia procedere poſſet † ni-
ſi tempore declarationis ſupereſſet donatarij hæres,
qui ex donatione bona conſequi debet juxtà prædi-
cta, vt reſpondendo ad allegationes contrarias, benè
aduertit *Cancer.var.reſolut.lib.1.cap.8. num.180. verſ.
quod eſt intelligendum ex Caſſan.conſ.53. num.47. & 48.
& num.55.*

35 Non negatur quod hæres agere non poſſit ex † do-
natione conditionali, niſi poſt purificatam conditio-
nem, ſic enim intelligendum eſſe *Text.in §. ex condi-
ctionali inſt.de verb.oblig.* notat *Alciat. reſp.3. num. 22.
lib.8. Surd. conſ. 403. ſub num. 47.* Sed in caſu noſtro
vnica adeſt conditio, ſeù onus ſoluendi ſcuta 100. in
manibus depoſitarij Venerabilis Societatis S. Hiero-
nymi Ciuitatis Arimini quod ex præcepto donatri-
cis implendum eſt poſt acquiſitam donatario bono-
rum poſſeſſionem, & cum reſpiciat fauorem Sororis
36 Pompei donatarij aduerſaria cujus non intereſt † ex-
cipere non poteſt de non implemento *l. ſi pupilli §. vi-
deamus ff.negoc.geſt.Rota coram ſa.m.Greg.XV.dec.118.
nu.5.dec.410.nu.6.*

Rurſus obiicitur quod non fuit probata poſſeſſio
donatricis, ſed gratis, quia adeſt inſtrumentum ac-
quiſitionis, cum clauſula, *conſtituti*, quæ probat con-
37 ſtitutariæ † poſſeſſionem contra aduerſariam illius
hæredem *Ang.in l.quadam mulier nu.2.ff.rei vendic.&
alij in terminis donationis allegati in dec.85.num.11.apud
Modern.de manutenend.*

Non obſtat retentio pro credito ſcut.460. auri ca-
nonizata per mandatum rotale, quia ſententia man-
dat illud compenſari cum fructibus ab his bonis exad-
uersò perceptis, quos aduerſaria tenetur in ſui credi-
ti extinctionem imputare, & ideò donec illorum
quantitas probetur, creditum remanet illiquidum, &
38 inefficax † ad retentionem, vt fuit dictum *in Signina
Saluiniani 16.Aprilis, & 13. Iunij 1638. coram R. P. D.
meo Carillo, in Romana Retentionis bonorum 23. Maij
1642.coram R.P.D.meo Ghiſilerio, & alias ſæpiſſimè.*

Tandem non obſtat, quod donatariæ ſucceſſerint
duo filij, quorum alter eſt profeſſus in Religione S.
Benedicti, quia hic ante ingreſſum in Religionem re-
nunciauit omnia jura Pompeo fratri, & renunciatio-
39 nis inſtrumentum etiam poſt latam † ſententiam po-
tuit præduci cum de hoc antea non fuerit oppoſitum
*Rota deciſ.168.numer.10. & 11.poſt Pacif. de Saluian.
Add. ad Gregor. XV. deciſ. 272. in fin. vbi allegat.
concord.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, &c.

## ROMANA HÆREDITATIS DE FABIIS.

*Ven. 19. Iunij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib.1. cap.145.* excluſiuum fœmina-
rum propter maſculos eatenus excludit fœminas ab
hæreditate matris, quatenus excluſæ ſint ab hæredi-
tate patris alias ſecus, & tres in deciſione recenſentur
caſus, quibus fœminæ excluduntur à d. Statuto. Le-
gatum filio relictum, an imputetur in legitimam per-
det à voluntate, & diſpoſitione Teſtatoris, & ex qui-
bus voluntas Teſtatoris deſumatur legatum in legiti-
mam non imputandi?

*SVMMA*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

## SVMMARIVM.

1 Legitima debetur filiæ in hereditate matris de Iure communi.

2 Statutum Vrbis lib.1.cap.145. excludit ab hæreditate matris fœminas excluſas ab hæreditate Patris.

3 Et dictum Statutum, poſtquam diſtinxit caſus excluſionis ab hæreditate Patris, tranſit continuatiuè ad hereditatem matris.

4 Relatiuum quæ, ac ſupradictis contentum in verbis dicti Statuti excluſiui ab hæreditate matris, reſtringit diſpoſitionem ad caſus præcedentes excluſionis ab hæreditate paterna.

5 Relatio quando eſt concepta indefinitè in numero plurali non patitur reſtrictionem ad vnum.

6 Statutum excluſiuum fœminarum loquens in caſu inteſtati non porrigitur ad caſum teſtati.

7 Filia cenſetur à Statuto Vrbis excluſa, ſi pater in vltima voluntate ei dotem conſtituit, ſcilicet certum quid in quantitate, ſiue in corpore relinquendo expreſſo necne titulo dotis.

8 Secus vero ſi filiam inſtituit heredem vniuerſalem cum maſculis, ratio diuerſitatis eſt, nam primo caſu relictum ſuccedit loco dotis cum qua Teſtator præſumitur voluiſſe compenſari, etiamſi titulo Inſtitutionis reliquiſſet. Secundo vero caſu inſtitutio vniuerſalis habet in ventre dotationem, formaliter vero importat repræſentationem Teſtatoris in perſona filiæ inſtitutæ, & n.9.

10 Inſtitutio vniuerſalis extinguit, & confundit ius dotationis filiæ, & ab ea penitus differt obiectiuè, cum obiectum dotationis ſit excluſio à ſucceſſione, Inſtitutionis vero vniuerſalis, reintegratio filiæ ad ſucceſſionem de Iure communi.

11 Pater non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum poteſt filiam inhærendo Iuri communi à ſucceſſione non excludere, quia illud patrem non cogit, ſed eius voluntati famulatur.

12 Patris voluntas inhærendi Iuri communi, ac recedendi à ſtatuto excluſiuo fœminarum clarè reſultat ex eo, quod filiam hæredem vniuerſalem inſtituit.

13 Inſtitutio filiæ inſeruire non poteſt loco dotationis à ſtatuto contemplatæ, quod requirit dotationem cum qualitate excluſionis.

14 Et incompatibile eſt, quod actus inſtitutionis poſſit ſimul, vt inſtitutionis eſt, filiam ad ſucceſſionem vniuerſalem admittere, & vt dotationis eamdem excludere.

15 Statutum excluſiuum fœminarum non habet locum, vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis.

16 Statutum excluſiuum fœminarum procedit, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, quodque etiam vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis, ſicuti militat ratio conſeruandi bona paterna in agnatione, ita & militare debet diſpoſitio ſtatuti.

17 Declara primam partem concluſionis non debere accipi indefinitè, ſed ſolum in caſu, quo filia venit impugnando teſtamentum, ſecus quando venit ex teſtamento, & ratio agnationis in ſecunda parte concluſionis conſiderata non extendit vim ſtatuti vltra caſus ibi diſpoſitos, in quibus tantum ſtatuentes agnationem conſeruare voluerunt & n.18.

19 Statutum Vrbis excludit filias non maritatas, nec dotatas, quibus non fuit conſtituta dos per patrem in ſua vltima voluntate, quatenus frater ſit paratus dotare.

20 Intellige quod ſtatutum in hac parte loquitur, quando filiæ nihil fuit à patre relictum, non tamen diſponit, quod frater offerendo dotem ſororem excludat contra voluntatem patris, vbi filia fuit inſtituta heres vniuerſalis.

21 Pater inſtituendo filiam hæredem vniuerſalem cenſetur receſſiſſe à ſtatuto excluſiuo fœminarum, & voluiſſe filiam ſuccedere de Iure communi.

22 Maſculi, & fœminæ æqualiter ſuccedunt matri de jure communi.

23 Statutum excluſiuum fœminarum, vt locum habeat ſufficit, quod quid minimum fuerit filiæ datum pro dote à matre.

24 Declara dotationem factam à matre de bonis paternis poſt obitum patris non poſſe operari effectum excluſionis filiæ iam admiſſæ ad ſucceſſionem Patris ex ipſius patris voluntate, elicita ab actu inſtitutionis vniuerſalis, ſecus vero circumſcripta inſtitutione paterna.

25 Rota deciſ.116. num.8. verſ. Nec obſtat poſt Modern. Foroliuien. de legitim. in quibus terminis loquatur?

26 Statutum Vrbis excluſiuum fœminarum non loquitur de dotatis à matre, ſed à patre vel auo, nec filiam excludit ab hæreditate matris, niſi excluſam ab hæreditate patris.

27 Statutum præfatum ad caſum dotationis de bonis maternis erga filiam inſtitutam hæredem à Patre porrigi non poteſt citra extenſionem de perſona ad perſonam dotantis, quæ non admittitur.

28 Extenſio de perſona ad perſonam nec de caſu ad caſum non admittitur.

29 Diſpoſitio ſtatuti Vrbis excluſiui fœminarum, dum eſt reſtricta ad caſum dotationis à Patre, vel auo, & ad terminos excluſionis ab hæreditate patris non eſt inueſtiganda ratio d. ſtatuti.

30 Filia vt excludatur à ſtatuto ſi fuit aliquid à matre datum in dotem, requiritur quod illud fuerit purè, ac liberè datum.

31 Secus vero ſi mater ſibi facultatem reuocandi reſeruauit, & cum effectu reuocauit, & tenet reuocatio non iuſtificata cauſa reuocationis, ac proinde nulla eſt habenda ratio huius dotationis, quæ non habuit effectum, & quæ nec aderat de tempore delatæ ſucceſſionis maternæ, n.32. & 33.

34 Imputatio legati in legitimam regulariter pendet à voluntate Teſtatoris.

35 Et voluntas Teſtatoris non imputandi elicitur, ſi vtrumque diſpoſitiuè reliquit.

36 Amplia concluſionem procedere etiamſi in teſtamento fuerit relicta legitima, & in Codicillis legatum.

37 Filius ſi fuit à Patre inſtitutus in eo, quod ſibi de iure debetur, iſta verba ſignificant quantitatem legitimæ de Iure communi debitam.

38 Legatum quod fuerit relictum animo non imputandi in legitimam ex quibus deſumatur?

39 Imputatio legati in legitimam non reſultat ex verbis teſtamenti di laſciargli quel tanto che de iure le peruiene, quæ referantur ad inſtitutionem, ita vt filia non poſſit conſequi, niſi legitimam, non tamen referri poſſunt ad legatum in codicillis relictum longè poſt conditum teſtamentum.

40 Amplia procedere etiamſi Teſtator omnia in teſtamento contenta in omnibus, & per omnia confirmauit in codicillis, ſi confirmatio emanauit poſt relictum legatum ſimpliciter, & ſic confirmatio non limitat diſpoſitionem codicillarem quoad legatum ſed ſtat ampliatiuè ad inſtitutionem in legitimam factam in teſtamento.

41 Confirmatio contentorum in teſtamento facta in Codicillis continet duas diſpoſitiones principaliter



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*diſtinctas, nempè legatum, & inſtitutionem in legitima.*

42 *Verbum* autem, *vti aduerſatiuum diuerſificat tam in Iure, quam in facto.*

43 *Præſumptio repetitionis ceſſat inter diſpoſitiones diſtinctas, & diuerſis orationibus conceptas.*

44 *Præſertim quando altera ex diſpoſitionibus remaneret inutilis, quo caſu vtraque diſpoſitio habet ſeparatam naturam, & effectum.*

45 *Imputatio non intrat in diſpoſitionibus habentibus ſeparatam naturam, & effectum.*

46 *In legato præcedenti regulariter non admittitur præſumpta repetitio qualitatis adiectæ in ſubſequenti.*

47 *Imputatio legati in legitimam, quo caſu fieri non debeat ex præſumpta voluntate Teſtatoris?*

48 *Ad imputationem excludendam ſufficit aliquo modo poſſe coniecturari voluntate Teſtatoris.*

49 *Teſtamentum, & Codicilli ſunt vna, & eadem diſpoſitio.*

50 *Declara concluſionem procedere quoad ea, quæ ſunt Iuris, ſecus vero quoad ea, quæ ſunt facti.*

51 *Contenta in eadem diſpoſitione non imputantur, nec confunduntur ad inuicem.*

## DECISIO CXXXVII.

DVo excitata fuerunt in vltima deciſione ſub die 4. Aprilis 1642. alterum eſt, an Catherinæ debeatur legitima in bonis maternis, & propter diſcordiam DD. non fuit capta reſolutio, alterum an legatum ſc. 2000. Catherinæ à matre relictum imputetur in legitimam? & affirmatiuè reſponſum fuit. Hodie repropoſita cauſa ſuper eiſdem, Rota quo ad primum cenſuit legitimam deberi, quoad ſecundum receſſit à deciſis.

1 Legitima enim † debetur filiæ in hæreditate ma-
tris de iure communi, §. 1. *Inſtit. ad Senat. Conſul. offic. §.*
*ſi quis igitur auth. de hæred. ab inſtit. venien.* cui non de-
2 rogat Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 145.* quia † ſolum exclu-
dit ab hæreditate matris fœminas excluſas ab hæreditate Patris ſed in caſu noſtro Catherina non eſt excluſa ab hæreditate Patris, ergo nec erit excluſa ab hæreditate matris.

Maior probatur, quia ſtatutum poſtquam diſtin-
3 xit caſus, † in quibus voluit filiam excludi ab hæreditate Patris, tranſeundo continuatiuè ad hæreditatem matris, ſubdit, *quæ filiæ, vel neptes ab vna ex prædictis perſonis dotata, vel ſi vna ex prædictis perſonis ſit parata eas dotare in caſibus ſupradictis, nec matri, nec auiæ ab inteſtato ſuccedant.* Ponderando relatiuum il-
4 ludque *ſupradictis*, quod reſtringit † hanc vltimam
diſpoſitionem ad caſus præcedentes excluſionis ab hæreditate paterna, *Surd. conſ. 417. num. 4. & in puncto Rot. deciſ. 405. num. 18. par. 5. recent. deciſ. 110. num. 21. & duobus ſeqq. dec. 175. n. 20. & ſeqq. par. 7. & in Romana Hæreditatis de Ximenes 12. Decembris 1639. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Nec iſta relatio coarctari poteſt ad alterum ex caſibus præcedentibus, quia in verbis ſupracitatis exprimitur nominatim vterque caſus ſupra diſpoſitus
5 nempe fœminæ dotatæ, vel indotatæ, † & cum rela-
tio ſit concepta indefinitè, ac in numero plurali, non patitur reſtrictionem ad vnum, *l. vbi numerus ff. de Teſtib. Bartol. in l. fin. in fin. ff. ad Trebell. Menoch. conſi. 50. n. 19. Surd. deciſ. 202. n. 14.*

Minor patet, quia tres caſus excluſionis in ſtatuto recenſentur. Primus ſi pater deceſſerit inteſtatus ſuperſtitibus filiabus maritatis, ac dotatis, de quo non
eſt agendum, quia Catherina tempore mortis patris, nec erat maritata, nec dotata, & quia verſamur in
6 cauſa teſtati, † ad quam non porrigitur ſtatutum ex-
cluſiuum, quod loquitur de cauſa inteſtati, & mandat in caſibus non expreſſis ſeruari ius commune, ibi, *alioquin ſuccedant dd. mulieres cum maſculis, prout iura diſponunt Pacian. conſ. 40. n. 65. & 66. Mart. de ſucceſſ. legal. tom. 1. par. 1. quæſt. 13. part. 1. ſub num. 10.* & in terminis huius ſtatuti *Caualer. deciſ. 256. ſub num. 6. Buratt. deciſ. 262. nu. 14. Rota inter recent. dec. 60. num. 18. par. 7.*

7 Secundus eſt, † ſi pater in vltima voluntate do-
tem conſtituerit filiæ, & hic intelligendus eſt, quando pater filiæ certum quid conſiſtens in quantitate, ſiue in corpore reliquit expreſſo, necne titulo dotis, ſe-
8 cus verò ſi vt in caſu noſtro filiam inſtituit † hære-
dem vniuerſalem vna cum maſculis, vt bene inter vtrumque caſum diſtinguit *Barb. in l. ſi cum dotem 23. §. ſi pater ſub num. 17. & numero 18. ff. ſolut. matrim.* & ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu relictum ſuccedit loco dotis, cum qua Teſtator præſumitur voluiſſe compenſari, etiam ſi titulo inſtitutionis reliquiſſet, *vt per Bart. Caſtr. & alios allegatos in deciſione*
9 *quæ reuidetur.* At inſtitutio vniuerſalis † habet quidem
in ventre dotem materialiter, hoc eſt bona ex quibus mulier ſe poſſit dotare, formaliter tamen importat repræſentationem Teſtatoris in perſona filiæ inſtitutæ, *l. hæreditas ff. verb. ſignif. Surd. deciſ. 240. num. 9.* ac ex-
10 tinguit. † & confundit ius dotationis, *l. debitori, C.*
*pact. Afflict. deciſ. 237. num. 6.* ab eaque penitus differt obiectiuè cum obiectum dotationis ſit excluſio à ſucceſſione, inſtitutionis verò vniuerſalis reintegratio filiæ ad ſucceſſionem ſibi competentem de iure
11 communi, † cui pater potuit inhærere non obſtante
ſtatuto excluſiuo, quia illud patrem non cogit, ſed eius voluntati famulatur *Caſtr. conſ. 52. ſub num. 2. verſ. cum vero lib. 1. Gabr. conſ. 140. num. 8. lib. 2. Mart. de ſucceſſ. legal. d. art. 1. num. 10. Rot. deciſ. 449. num. 1. par. 4. di-*
12 *uerſ.* & voluntas patris † inhærendi iuri communi, ac
recedendi à ſtatuto excluſiuo clara fit ex eo, quod filiam hæredem vniuerſalem inſtituit, *Bec. conſ. 107. nu. 20. Ciriac. contr. 284. n. 54. Rot. dec. 408. n. 30. par. 2. rece. cum aliis allegat. per Modern. Forolinien. de legitima lib. 1. tit. 4. qu. 6. nu. 18. & 19.*

Vnde aſſequimur, quod inſtitutio nullatenus in-
13 ſeruire poſſit loco dotationis, ſaltim contemplatæ à
ſtatuto, quod requirit dotationem cum qualitate excluſionis, *Surd. conſil. 457. num. 47. circa fin. & num. 48. Ciriac. d. contron. 284. num. 64.* hæc autem qualitas deeſt, quia pater vt dicebam voluit recedere ab exclu-
14 ſione ſtatuti, & incompatibile eſt, † quod actus in-
ſtitutionis poſſit ſimul vti inſtitutionis eſt filiam ad ſucceſſionem vniuerſalem admittere, vt dotationis eandem excludeere *vt per Fab. de error. pragmat. par. 2. decad. 17. err. 9. ſub num. 29.* ob quas rationes, ita fuit interpretatum ſtatutum de quo agitur in ſupradictis, *deciſ. 60. num. 15. & ſeqq. deciſ. 110. ac 175. per tot. par. 7. recent. & in dicta Romana Hæreditatis de Ximenes 12. Decembris 1639. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* &
15 generaliter quod † ſtatutum excluſiuum non habeat
locum vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis *Mart. de ſucceſſ. legal. d. quæſt. 13. artic. 1. n. 2. Diez. de Rebaden. allegat. iur. to. 1. allegat. 13. n. 26. Seraph. dec. 120. nu 2. Canal. dec. 257. n. 7.*

His poſitis non obſtat, quod ſtatutum procedat
16 † tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, quodque
etiam vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis ſicuti militat ratio conſeruandi bona paterna in agnatione, ita & militare debeat diſpoſitio ſtatuti; Quia primum

non

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

17 non debet accipi indefinitè, †ſed ſolum in caſu quo fi-
liæ venit impugnando teſtamentum, ſecus quando venit ex teſtamento vt reſpondet *Alex. conſ.*131. *num.* 2. *verſ. vnde præterea lib.*1. *Rot. deciſ.*449. *num.*2. *par.* 4. *diuerſ. deciſ.*538. *num.*4 *coram ſan. memor. Greg. XV. vbi adden. num.* 6. *cumulat. concordantes, & in puncto dicta deciſ.*175. *num.*2. *par.*7. *recent.* Ratio autem agnationis
18 non extendit † vim ſtatuti vltrà caſus ibi diſpoſitos, quia in illis tantum ſtatutum agnationem conſeruare voluerunt, *Alex. conſ.* 139. *num.*3. *lib.*6. *Cephal. conſ.*478. *n.*12. *&* 13. *Surd. conſ.*448. *nu.*19. *Bello Iun. conſ.*12. *nu.*31. *Germ. Spin. conſ.*12. *n.*36. *Surd. dec.*9. *n.*16. *Rota dec.*110. *n.*15. *par.*7. *rec.*

Tertius caſus ſtatuti eſt in filiabus non maritatis,
19 nec dotatis, quibus non fuit conſtituta dos per patrem in ſua vltima voluntate, quatenus frater ſit paratus dotare ſororem, ſed neque hic eſt caſus noſter,
20 quia ſtatutum in hac parte loquitur, † quando filiæ nihil fuit à patre relictum, nec diſponit quod frater offerendo dotem excludat ſororem contra voluntatem patris, vt accideret vbi filia fuit inſtituta hæres
21 vniuerſalis, † quia pater inſtituendo receſſit à ſtatuto excluſiuo, & voluit filiam ſuccedere de iure communi ex ſupra allegatis.

Conſequentia verò argumenti initio propoſiti, nempè quod Catherina, quia pater noluit eam excludere ab hæreditate propria, nec excludatur ab hæreditate matris educitur ex allegatis ad probationem maioris propoſitionis. Nec obſtat quod voluntas patris admittendi filiam ad hæreditatem propriam ſit limitata ad quotam hæreditatis in qua illam inſtituit, & propterea non debeat vltra eam quotam operari, Quia inſtitutio Catherinæ eſt in tota hæreditate vna cum fratre, & effectus admiſſionis filiæ ad hæreditatem matris, non regulatur à quota in qua filia ſuccedit patri, ſed prouenit ab ipſa paterna inſtitutione vniuerſali per quam remoto obſtaculo ſtatuti exclu-
22 dentis, intrat diſpoſitio juris communis † æquè admittens maſculos, & fœminas ad totam hæreditatem matris, *l. maximum vitium Cod. lib. præt.* & bene ad propoſitum aduertit, *Rot. in d. Romana hæreditatis de Ximenes coram D. meo Decano, §. penult.*

Non obſtat, quod Catherina poſt obitum patris fuerit particulariter dotata à matre de bonis tum patris, tum de ſcutis 1500. propriis ipſius matris, & habuerit etiam acconcium ſcutorum 300. quod videtur
23 ſufficiens, cum ſatis ſit † quid etiam minimum fuiſſe filiæ datum pro dote, vt intret excluſio ſtatutaria, *Bald. in cap. ſi proponente verſ. item nota de præſcript. Brun. de ſtat. excluſ. art.*9. *nu.*37. *& ſeqq.* Quia dotatio facta à matre de bonis paternis poſt obitum patris †
24 † non poteſt operari effectum excluſionis filiæ jam admiſſæ ad ſucceſſionem patris ex ipſius patris voluntate elicita ab actu inſtitutionis vniuerſalis *ad tex. in l. ſicut C. repud. hæred. l. qui ſoluendo ff. hæred. inſtit. Peregr. de fideicom. art.*11. *n.*66.

Licet ſecus eſſet circumſcripta inſtitutione pater-
25 na, † in quibus terminis loquitur, *Rota deciſ.*116. *nu.*8. *verſ. nec obſtat poſt Modern. Foroliuien. de legit.* & per conſequens, nec operatur excluſionem ab hæreditate matris juxta prædicta.

Idemque dicendum de dotatione de bonis propriis matris, quia illa non parit excluſionem ab hæreditate
26 patris, cum ſtatutum non loquatur † de dotata à matre, ſed à patre, vel auo, nec excludat ab hæreditate matris, niſi filias excluſas ab hæreditate patris, adeò
27 quod ad caſum dotationis † de bonis maternis erga filiam inſtitutam hæredem à patre porrigi non poſſit ſtatutum citrà extenſionem de perſona ad perſonam dotantis, quæ non admittitur *Surd. conſ.*45. *numero* 42. *in Romana vinea de Corbinellis coram bon. mem. Coccino impreſſ. apud Fenſon. ad ſtat. deciſ.*105. *& in puncto deciſ.*60. *n.*19. *deciſ.*110. *num.*21. *& duob. ſeqq. deciſ.*175.
28 *num.*14. *&* 29. *pat.*7. *recent.* & de caſu ad caſum, † quæ pariter denegatur in huiuſmodi ſtatutis, *Bald. in l. illam num.*1. *Cod. collat. Becc. conſ.*138. *ſub num.*8. *Franc. Anton. Coſt. conſ.*53. *num.*66. *Surd. conſ.*416. *nu.*9. *Ciriac. controu.*284. *num.*53 *Mag. deciſ. Floren.*147. *num.*9. &
29 dum habemus diſpoſitionem ſtatutariam† reſtrictam expreſsè ad caſum dotis datæ, ſeu relictæ à patre, vel auo, & ad terminos excluſionis ab hæreditate patris non eſt inueſtiganda ratio ſtatuti *Ger. Spin. conſ.* 101. *n.*1. *ex Bald. in l. Gallus §. ſi eius in ſecundo notab. ff. lib. & poſth. Dec. conſ.*563. *n.*7.

Accedit quod ſcuta 1500. de bonis maternis non
30 fuerunt data purè, † vt debet ad effectum excluſionis *Gionag. conſ.*41. *num.*28. *lib.*1. *Buratt. deciſ.*946. *num.*3. ſed reſeruata matri facultate reuocandi ex cauſis ei
31 bene viſis, cuius facultatis vigore † mater potuit reuocare, prout viuens reuocauit, & tenet reuocatio, etiam non iuſtificata eius cauſa, *Afflict. deciſ.* 91. *num.* 4. *&* 5. *Caſtill. deciſ.*8. *num.*3. *& duobus ſeqq.* vndè nulla
32 habenda † eſt ratio huiuſmodi dotationis, quæ non habuit effectum, *Cephal. conſ.*165. *nu.*11 *Rolan. conſ.*96. *num.*12. *lib.*4. *Becc. conſ.*137. *n.*7. *in fin.* quæque non ade-
33 rat de tempore delatæ ſucceſſionis † maternæ per obitum matris de cuius hæreditate agitur, vt requiritur, *Bart. conſ.*31. *lib.*1. *Roland. dicto conſ.*96. *nu.*10. *Becc. d. conſ.*137. *num.*8. *Pacian. conſ.*40. *n.*69.

Quoad alium verò articulum imputationis in legitimam legati ſcut. 2000. à matre relicti Catherinæ
34 Rota receſſit à deciſis, † quia imputatio regulatur à voluntate Teſtatoris, *Anton. de Caffarell. inter conſil. Corn. lib.*3. *conſ.*200. *nu.*3. vbi dicit rationem, quia diſpoſitio, *l. quoniam nouella de inoff. teſtam.* emanauit ad fauorem Teſtatoris, *Bertrand. conſ.*216. *n.*3. *lib.*2. *par.*2. *Surd. conſ.*192. *n.*21. *Laderch. conſ.*125. *n.*10. *Menoch. conſ.* 76. *nu.*23.

At matrem noluiſſe ſcuta bis mille imputari in le-
35 gitimam conſtat, quia vtrumque diſpoſitiuè † reliquit *Corn. d. conſ.*200. *num.*10. *verſ. accedat lib.*3. *quem ſequitur Rip. in l. in quartam num.*154. *verſ. & idem reſponderent ff. ad leg. falcid. Gabr. conſ.*109. *n.*12 *&* 13. *lib.*1. vbi quod nulla ratio ſuadet, vt in legitimam imputetur legatum, quando ea petitur ex diſpoſitione expreſſa Teſtatoris, ſicut fit cum ex diſpoſitione legis petitur, aut retinetur *Surd. de alim. titul.*9. *quæſt.*34. *n.*5. *& ſeqq. cum aliis alleg. per Modern. Piſaurien. de imput. quæſt.* 48. *nu.*30. *&* 31. *& Modern. Foroliuien. de legit. lib.* 2. *tit.*2. *quæſt.*1. *num.*25. *& quæſt.*20. *num.*20. *Mantic. de-*
36 *ciſ.* 342. *num.* 3. vbi ait hoc procedere † etiam ſi in teſtamento fuerit relicta legitima, & in Codicillis legatum.

Qui eſt caſus noſter, nam mater in teſtamento poſt inſtitutionem Petri filij in legitima inſtituit etiam
37 Catherinam in eo quod illi de jure debetur † quæ verba ſignificant quantitatem legitimæ debitam de iure communi *Pacian. conſ.*4. *num.*59. *poſt Salyc. in auth. nouiſſima num.* 12. *verſ. item pro hac parte C. inoff. teſtam. Bald. conſ.*453. *verſ. quarto ſuppono lib.*1. *Soce. conſil.* 30. *num.* 39. *in princ. lib.*1. Et poſtea in Codicillis reliquit legatum ſcutorum bis mille, quod eo minus imputandi animo cenſetur relictum, quia habere poteſt
38 cauſam † peculiarem in recompenſationem videlicet dotationis alias factæ Catherinæ à matre, & poſtmodum per matrem reuocatur, vt ad propoſitum ponderat *Dec. conſ.*10. *n.*8. *&* 9. *lib.*2. *Geri. Spin. conſil.*13. *n.*1. *circa fin. & n.*2.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Nec obſtant verba teſtamenti ponderata in alia
Deciſione, ibi, *non intendendo per queſto darli nè conferirli nè accreſcerli di nouo alcuna ragione, mà laſciarli ſolamente quel tanto che de iure gli peruiene, e non ſi può di meno*, quia hæc verba non fuerunt appoſita in
39 Codicillis, † ſed in teſtamento, & referuntur quidem
ad inſtitutionem ibi ſuperius factam, itaut ex ea Catherina conſequi non poſſit, niſi legitimam ſibi de
iure debitam, non tamen referri poſſunt ad legatum
relictum in Codicillis conditis longè poſt, & de quibus tunc Teſtatrix non cogitabat *Bercolter. conſ. 14. col.3. circa med. verſ. alioquin lib. 2. facit Caſtr. conſ. 67. ſub num. 3. verſ. & non poteſt. lib. 2. Roland. conſ. 34. nu. 30. lib. 4. Surd. conſil. 417. n. 2. Valenz. conſ. 97. num. 179. Ger. Spin. conſi. 13. ſub n. 26. verſ. reſpondetur.*

Quamuis in eiſdem Codicillis confirmauerit contenta in teſtamento in omnibus, & per omnia; nam
40 aduertendum eſt, quod Teſtatrix in Codicillis, † primo legauit ſimpliciter ſcuta 2000. & deinde per orationem ſeparatam cætera in teſtamento contenta
confirmauit, ibi, *cætera autem contenta in ſupradicto teſtamento &c.* & ſic confirmatio non limitat diſpoſitionem codicillarem quoad legatum, ibi peculiariter relictum, ſed ſtat ampliatiuè, & cum repetat inſtitutionem in legitima factam in teſtamento, quia hæc
eſt virtus confirmationis teſtamenti, *l. poſthumus §. ſi paganus ff. in iuſt. rupt. irrit. teſtam. l. 1. Cod. de Codicill. Natt. conſ. 483. num. 2. Cephal. conſ. 73. numero 25. & ſeq. Surd. conſ. 230. num.* 9. efficit vt Codicilli contineant
41 † æquè principaliter duas diſpoſitiones omninò diſtinctas, nempè legatum ſcu. 2000. & inſtitutionem in
legitima, quæ de iure debetur, ponderando præſer-
42 tim verbum *autem* quod vti aduerſatiuum diuerſificat tam in iure, quàm in facto contenta in confirmatione à legato præcedenti *Bartol. in l. hoc amplius §. de his autem n. 1. ff. damn. infect. Rip. in l. 2. §. quod ſi in patris num. 2. ff. ſolut. matrim. Peregrin. conſ. 44. n. 6. lib. 3. & de fideicomm. art. 7. n. 44. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 650. nu. 28. Barboſ. diction. 47. n. 7.*

Vnde ſit vt reſtrictiua illa adiecta inſtitutioni legitimæ *non intendendo &c.* nullo modo cenſeatur repetita in legato ſcut. 2000. tum quia ceſſat præſum-
43 ptio repetitionis † inter diſpoſitiones diſtinctas, &
diuerſis orationibus conceptas, *Bart. in l. mulieri n. 5. & in l. Iulius paulus in princ. ff. cond. & demonſtr. Caſtr. conſ. 16. num. 6. lib. 2. Alb. conſ. 477. num. 6. conſ. 478. nu. 5. Caball. conſ. 128. nu. 34. & ſeqq. lib. 2. Paſeth. conſ. 139. n. 6. Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 49. verſ. credo, Mant. de coniect. lib. 6. tit. 13. nu. 10. lib. 10. tit. 6. n. 33.* Tum quia
alioquin altera ex dd. diſpoſitionibus eſſet inutilis
44 † fruſtra enim per codicillos relictum fuiſſet legatum ſi reſtringeretur ad legitimam jam in teſtamento relictam, quo caſu vtraque diſpoſitio habet ſeparatam naturam, & effectum, *l. quinquaginta ff. probat. Iaſ. in l. huiuſmodi §. cum pater num. 17. ff. legat. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 422. num. 8. & deciſ. 606. num.* 10. nec in-
45 trat imputatio *Corn. conſ. 200. nu. 3. lib. 3. Laderch. conſ. 125. ſub num. 10. circa fin.* Tum tertiò quia in codicillis
legatum ſcut. 2000. præcedit inſtitutionem in legitima implicitam confirmationi teſtamenti, & conceptam ſub reſtrictiua *non intendo &c.* & regulariter in
46 legato præcedenti † non admittitur præſumpta repetitio qualitatis adiectæ in ſubſequenti *Mant. de coniect. lib. 10. tit. 6. n. 37.*

Debetur itaque Catherinæ, & legatum, & legitima, quod vltra colligitur, quia mater voluit illam plus habere, quam maſculum fortè in recompenſationem dotationis, vt ſupra reuocatæ; nam in teſtamento reliquit vtrique legitimam, in codicillis verò
nulla facta mentione Petri, ſcuta 2000. ſolum Catherinæ legauit, nec tamen Catherina plus haberet ſi in
legitimam imputaretur legatum, quod propterea ex
47 præſumpta mente † Teſtatricis imputandum non
eſt, vt in proximis terminis *Aym. conſ. 85. num. 7. in fin. & num. 8. Neuizz. conſ. 62. num. 34. Natt. conſ. 622. nu. 13.*
48 & ſufficit aliquo modo poſſe coniecturari † voluntatem Teſtatoris ad excludendam imputationem,
*Alb. conſ. 298. n. 3.*

Tandem non obſtat, quod teſtamentum, & codi-
49 cilli † ſint vna & eadem diſpoſitio, *l. 2. §. codicillorum ff. iur. codicill. Ciriac. contr. 362. num. 5. & controu.* 412.
50 *num.* 28. quia hoc procedit † quo ad ea, quæ ſunt iuris,
ſecus verò quoad ea, quæ ſunt facti, vt ad litteram dicit, *text. in l. quædam ff. iur. codicill. & ibi notat gloſſ. verb. quæ non iuris Bart. verſ. item verba*, & in omnem euentum etiam contenta in eadem diſpoſitione non imputantur, aut confundantur ad inuicem *ex Bart. in l. cum centum num. 1. in fin. verſ. aut ſecundum legatum ff. adim. legat.* & aliis ſupra deductis.

Et ita deciſum vtraque parte iterum atque iterum acerrimè informante.

## CÆSARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

*Lunæ 22. Iunij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus, quando verſamur in patronatu gentilitio ſufficienter probata remanet eo ipſo quod conſtat præſentantem deſcendere ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi quamuis non probetur deſcendentia à primo fundatore. Deſcendentibus alicuius ad præſentandum vocatis intelligitur de deſcendentibus per lineam contentiuam quando fundator eſt Sacerdos nec deſcendentes habere poteſt.

### SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debita eſt præſentato concurrentibus ſolitis requiſitis.*

2 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur, conſtito de deſcendentia ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, quamuis non probetur deſcendentia à fundatore.*

*Deſcendentia à fundatore præſumitur ex probatione deſcendentiæ ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi ibid.*

3 *Præſentatio effectum ſortita probatur ſi per mortem præſentati beneficium vacat.*

4 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectuata.*

5 *Præſentatio facta ab aliquo nomine proprio cum adiectione qualitatis alicuius officij tribuenda eſt perſonæ proprio nomine expreſſæ præſertim ſi in præſentatione fuerunt adiecta verba* nomine proprio, *& num. 6.*

7 *Actus quo nomine fuerit expeditus benè ex coniecturis præſertim ſimul iunctis elicitur.*

8 *Tempus 60. annorum in Teſtibus eſt antiquum.*

9 *Teſtes de auditu ſufficiunt in antiquis.*

10 *Teſtes examinati in termino probatorio dicuntur valide examinati etiam non præcedente citatione ad videndum iurare, nam de ſtylo Hiſpaniarum admiſſio ad probandum in termino communi vel ſpeciali continet virtualiter citationem ad videndum iurare teſtes.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

11 *Teſtes de viſu adminiculantur alios deponentes de auditu.*

12 *Teſtes deponentes in cauſa ſtatus plenè probant in omni Iudicio.*

13 *Sententia in iudicatum tranſacta facit ſtatum quoad omnes.*

14 *Teſtes numero plures præferuntur paucioribus, præſertim quando exceptiones patiuntur.*

15 *Teſtes ſuper affirmatiua præferuntur teſtibus ſuper negatiua deponentibus.*

16 *Teſtes adminiculati debent præferri.*

17 *Fundator Iuriſpatronatus ſi erat Sacerdos non poteſt dici, quod maiorem affectionem habuerit ad familiam effectiuam potius, quam ad contentiuam.*

18 *Deſcendentes alicuius ad beneficium Iuriſpatronatus vocati non poſſunt intelligi de linea effectiua, ſi ille à quo deſcendere debeant, erat Sacerdos.*

19 *Determinatio vna plura reſpiciens determinabilia, æqualiter determinari debet.*

20 *Linea contentiua ſi in una parte Inſtrumenti fuit contemplata, eadem contemplata cenſetur in alia.*

21 *Fundatur ſi vocauit extraneos in defectum parentelæ, veriſimile non eſt eos voluiſſe præferre conſanguineis.*

22 *Verbum* ſui, *adiectum in vocatione ad beneficium Iuriſpatronatus comprehendit tranſuerſales, quando refertur ad fundatorem, qui liberos ſuſcipere non poteſt.*

23 *Beneficium Iuriſpatronatus reſignatum contradicentibus patronis ante collationem efficit vt illud vacet, nec reſignanti etiam cum clauſula* non alias aliter *detur amplius regreſſus, ſed in pœnam ingratitudinis poſſunt patroni alium præſentare.*

24 *Amplia concluſionem procedere etiam in reſignatione ad fauorem facta coram Papa.*

## DECISIO CXXXVIII.

BEneficium ſub inuocatione Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Eccleſia Parochiali Villæ de Linares fundatum ac dotatum fuit à Ferdinando Bonet pro Præſbiteris, & Clericis ſui generis, & parentelæ, & cum reſeruatione Iuriſpatronatus per hæc verba. *Ius verò patronatus dictæ Cappellaniæ retinet ſibi de vita ſua, &c. & poſt mortem eius relinquit patronos Reuerendiſſimum Franciſcum del Bayo, &c. & Dominicum Bonet eius fratres & de cætero ſuos parentes propinquiores ſibi in genere vel parentela per lineam maſculinam dumtaxat deſcendentes ſeu prouenientes, & in defectum illorum admittit in patronos parentes ex linea feminina deſcendentes, & ſi nullus de dd. patronis vtriuſque lineæ ſeu parentelæ ſupererit &c. eo caſu aſſignat concedit, & dat in patronos iuſtitiam, & iuratos annuales dicti loci de Linares pro tempore exiſtentes, &c.*

Ad quod beneficium tanquàm vacans per reſignationem nuper factam contradicentibus patronis à Gaſpare Sanchez illius poſſeſſore præſentatus fuit à procuratore Gaſparis iunioris, & Valerij Gargallo Ioannes Gargallo, qui obtinuit inſtitutionem per ſententiam diffinitiuam Ordinarij, confirmatam deinde in tertia inſtantia per ſententiam Iudicis delegati, reuocatoriam contrariæ latæ in ſecunda inſtantia.

Delata tandem in gradu appellationis cauſa ad
Rotam, mihique commiſſa dubitaui, an Ioannes Gargallo
ſit inſtituendus, & affirmatiuè fuit reſponſum,
cum adſint omnia requiſita adhuc effectum neceſſa-
1 ria. quibus concurrentibus † inſtitutio debetur de ri-
gore juſtitiæ *cap. monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. num. 12. de re iud. Rot. deciſ. 335. numer. 1. par. 2. recent.*

Siquidem, quod beneficium ſit de iure patronatus
2 non reuocatur in dubium, eius autem pertinentia †
ad Gaſparem juniorem, & Valerium, qui præſentarunt Ioannem probatur, quia verſamur in jure patronatus gentilitio, & per teſtes conſtat præſentantes deſcendere à Gaſpare Gargallo ſeniore, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, quod ſufficit ad probandam pertinentiam in huiuſmodi iure patronatus, quamuis non probetur deſcendentia à primo fundatore, quia illa ex dicta quaſi poſſeſſione præſumitur *Seraph. dec. 1334. in fin. Rot. inter recent. dec. 146. n. 2. dec. 274. n. 8. part. 2. dec. 276. ſub n. 7. part. 3. Add. ad ſan. me. Greg. XV. dec. 349. ſub n. 6.*

Et quaſi poſſeſſio Gaſparis ſenioris apparet, quia
ipſe vacante beneficio de anno 1606. præſentauit
Gaſparem Sanchez, per cuius cenſum hodie benefi-
3 cium vacat, vnde probatur effectuatio † præſenta-
tionis juxta celebre conſilium *Oldrad. 229. approba-*
*tum à Rota dec. 541. num. 2. part. 2. recent.* & alias ſæpiſſi-
mè; Nec dubitari poteſt quin vnica præſentatio effe-
4 ctuata fuerit ſatis † ad acquirendam quaſi poſſeſſio-
nem præſentandi *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina numero 91. de cauſ. poſſ. & propriet. Rom. conſ. 311. num. 7. Oldrad. conſ. 312. num. 2. Dec. conſ. 117. ſub num. 2. verſ. quod autem quaſi poſſeſſ. Garz. de benef. part. 5. cap. numero 59.*

Non obſtat quod idem Gaſpar Sanchez tunc eſſet
præſentatus etiam à Michaele Sanchez Iuſtitia Op-
pidi de Linares, nec non Bartholomeo Berra iurato,
& Iudice dicti Oppodi, vnde infertur quod ea præ-
ſentatio potius conſtituerit ſtatum ad fauorem Iuſti-
tiæ, & juratorum quos in defectum parentelæ funda-
tor vocauit. Quia adiectio illa qualitatis juſtitiæ
5 † ſiue jurati poſt expreſſionem nominis proprij præ-
ſentantium ſtat demonſtratiuè non cauſatiuè, nec
efficit quod præſentatio tribuenda ſit officio, ſeu qua-
litati adiectæ, ſed perſonis nomine proprio *cap. quoniam Abb. de off. deleg. l. cum Imperator ff. de cond. & demonſt. l. ſi communis ſeruus ff. de ſtipul. ſer. Iaſ. in l. mere n. 65. ff. Iuriſd. omn. Iud. Mant. de conieɛt. lib. 8. tit. 17. n. 3. & fuit dictum in Romana iuris nominandi 16. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Royas.*

Saltem quia præſentantes id ſtatim ſubdiderunt,
6 ibi *nominibus noſtris propriis, &c.* † & ſic haud nomine
officij *l. poſt mortem 5. §. tutor. & ibi gloſſ. verb. rectè verſ. ſecus autem Bart. nu. 1. ff. quand. ex fact. tut.* & quia præſentatio fuit ſimul facta nomine Gaſparis Gargallo carentis ſimili officio, quique præſentauit vti conſanguineus fundatoris, & Ordinarius inſtituit Gaſparem Sanchez vti præſentatum à Gargallo; nec non à præfatis Michaele Sanchez, juſtitia Oppidi de Linares, & Bartholomeo Terra jurato, quod non potuiſſet ſi hi nomine officij præſentaſſent, quia ex lege fundationis non dabatur concurſus conſanguineorum, & juratorum, ſed jurati ſolum in defectum conſanguineorum poterant præſentare: ac tertio quia ſuper dicta præſentatione emanauit ſententia inſtitutionis in contradictorio Iudicio inter Hieronymum Nauarrum præſentatum per Iuſtitiam, & juratos Villæ de Linares ex vna, & ex altera Gaſparem Sanchez præſentatum à ſuperdictis perſonis nominibus propriis, quas propterea dicendum non eſt præſentaſſe nomine officii, quia præſentationem hoc nomine factam Ordinarius diſcretiuè deſignauit exprimendo nomen non perſonarum ſed officij, ibi *per Iuſtitiam, & iuratos Villæ*; ex diſcretiuo enim modo loquendi expreſſo in præſentatione Nauarri, in qua jura

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

reticuerunt nomen proprium expreſſo ſolum officio, colligitur in altera præſentatione Gaſparis Sanchez non comparuiſſe vti iuratos, ſed vti patronos nomine proprio, & bene ex coniecturis præſertim ſimul iun-
7 ctis elici poteſt † quo nomine fuerit actus expeditus. *Bart. in l. ſi patruus num. 4. Cod. comm. vtriu Iud. Mandilli Alb. conſ. 248. n. 27. & 28. Menoch. præſump. 46. nu. 10. lib. 3.*

Sed præterea deſcendentia authorum Ioannis Gargallo à fundatore probatur ex teſtibus in hoc Iudicio examinatis in partibus deponentibus per gradus diſtinctos, quamuis quoad gradus remotiores depo-
8 nant de auditu, quia in antiquis † quale eſt tempus ſexaginta annorum in teſtibus juxta opinionem Rotæ, vt per *Seraph. deciſ. 75. num. 2. Brun. conſ. 87. num. 38.*
9 ſufficiunt † etiam teſtes de auditu *Lambert. de iure pat. part. 2. lib. 2. art. 4. quæſt. 10. num. 14. Seraph. dict. deciſ. 75. numero 2. Rot. deciſ. 275. nume. 7. par. 3. recent. & coram bon. mem. Buratto deciſ. 172. num. 13. & 27.* Nec obſtat nullitas examinis ex defectu citationis quia non requirebatur cum fuerint examinati intra termi-
10 num probatorium, † nam decretum admiſſionis ad probandum in termino communi vel ſpeciali de ſtilo Hiſpaniarum continet virtualiter citationem ad videndum iurare teſtes *Suarez de Paz in praxi part. 1. tom. 1. temp. 8. ſub num. 2. Gonz. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. in adnot. contra nullitates num. 55. Rot. deciſ. 411. nu. 2. dec. 611. nu. 6. par. 1. recent. deciſ. 304. num. 3. coram Buratt.*

Et accedunt alij teſtes examinati de anno 1565. ſum. Ioannis num. 13. de anno 1608. ſum. ibidem num. 15. deponentes de viſu, etiam de gradibus antiquiorum,
11 qui adminiculantur † alios teſtes deponentes de auditu *Rot. deciſ. 166. num. 7. par. 1. recent.* & licèt examinati inter alias perſonas, quia deponunt in cauſa ſta-
12 tus † plenè probant etiam in hoc Iudicio *Alex. in l. ſæpè num. 60. ff. de re iud. Felin. in cap. quamuis num. 9. eod. tit. Alb. conſ. 155. num. 5. Rot. deciſ. 494. num. 4. part. 5. recent. deciſ. 359. num. 27. part. 6.* Eo magis contra aduerſarium, qui venit ex reſſignatione Gaſparis Sanchez præſentati de anno 1606. à Gaſpare Gargallo, tanquam cognato fundatoris, & iuncta ſententia ad eiuſdem Sanchez fauorem lata de dicto anno 1606. reiecto præſentato à Iuſtitia, & iuratis prætendentibus apertam ſibi vocationem ob defectum parentelæ
13 fundatoris, quæ ſententia tranſit in judicatum, † & facit ſtatum quod omnes vt in terminis juris patronatus *Mant. deciſ. 350. num. 3. & 4. Rot. in Piſtorien. Parochialis 27. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Pirouano, & iterum 9. Februarij 1632. coram bon. mem. Merlino.*

Vnde curandum nullatenus eſt de quatuor teſtibus
14 alias in contrarium examinatis, qui patiuntur † plures exceptiones adductas per informantes pro Ioanne, vt in ſum. num. 16. & ſuccumbunt aliis de conſanguinitate deponentibus, quia hi ſunt numero plures *l. ob carmen §. fin. ff. de teſtib. cap. in noſtra eod. tit. Dec. in cap. licet cauſam numero 82. de probat.* quia deponunt
15 † de affirmatiua *Farinac. de teſt. quæſt. 65. num. 200.*
16 *Rot. deciſ. 156. n. 9. part. 6. recent.* & coadiuuantur † adminiculo dictæ Sententiæ *Caſtr. conſ. 192. num. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 35. ſub nu. 16. in fin. lib. 4. Gabr. de teſt. concluſ. 4. n. 28. & 64.*

Non obſtat, quod ex teſtibus probetur ſolum deſcendentia per lineam fœmininam, & contentiuam, fundator verò vocauerit lineam effectiuam, & deſcenſiuam ex maſculis. Quia ille proceſſit vlterius vocando in defectum lineæ maſculinæ parentes ex linea fœminina deſcendentes, quorum appellatione venit tam linea effectiua, quam contentiua; tum quia
17 in fundatore qui tanquam Sacerdos † deſcendentes habere non poterat nulla conſiderari poteſt affectio erga familiam effectiuam potius quam contentiuam vt in ſimili *Bell. Iun. conſ. 11. ſub numero 55.* tum etiam quia reſpectu Franciſci fratris qui pariter erat Sacerdos cuiuſque parentes ex fœminis deſcendentes fun-
18 dator vocauit impoſſibile eſt † intellexiſſe de eius linea, & deſcendentia effectiua, ideoque neceſſe eſt intellexerit de contentiua. *Ruin. conſ. 149. num. 8. lib. 2. Ceph. conſ. 606. num. 15. & ſeq. Menoch. conſ. 106. nu. 229. conſ. 1171. n. 22. conſ. 1177. num. 8. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 351. num. 31.*

Et ſicuti hoc procedit reſpectu lineæ Franciſci, ita & Dominici fratris ſimul vocati, quia vna determina-
19 tio † plura determinabilia quæ reſpicit pariformiter determinat *l. iam hoc iure ff. de vulg.* & vbi in vna parte
20 inſtrumenti actum fuit de contentiua † eadem cenſetur contemplata in alia *Fuſar. dict. quæſt. 351. num. 41. verſ. vnde ego. Ciriac. controu. 269. ſub num. 68. & ſub num. 72. verſ. cum igitur.* Aduertendo præſertim quod in defectum parentelæ fundator vocauit extraneos,
21 nec veriſimile eſt eos voluiſſe præferre conſanguineis *in punct. Sanch. reſp. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 93 num. 13. in fin. & lib. 4. cap. 1. dub. 24. num. 12.* quodque ſupra inuocatione paſſiua leguntur vocati abſque aliqua limitatione *Præsbiteri, & Clerici ſui generis*, cuius
22 nuncupatio non obſtante verbo illo poſſeſſio *ſui* † comprehendit tranſuerſales, quando vt in caſu noſtro refertur ad fundatorem, qui liberos ſuſcipere non poterat ad tradita per *Peregr. de fideic. artic. 22. numero 26. verſ. contra verò Mant. de coniect. lib. 8. tit. 12. ſub numero 20. verſ. ſed ego Garz. de Benef. part. 7. cap. 15. ſub num. 28. verſ. & in eadem Eſcobar. de Nobilit. part. 2. quæſt. 4. art. 2. nu. 90. & ſeqq. Fuſar. conſ. 70. n. 15. & dict. quæſt. 351. n. 31.* Et idipſum declarauit obſeruantia, quia de anno 1666. præſentauit vt ſupra Gaſpar Gargallo coniunctus per lineam contentiuam, & fœmininam.

Vacatio autem beneficij, quæ eſt alterum requiſitum ad obtinendam inſtitutionem deducitur ex reſſi-
23 gnatione facta contradicentibus patronis, † quorum contradictio, vbi, vt in caſu noſtro deducta fuit ad notitiam partium, & præuenit collationem efficit vt beneficium vacet nec reſignanti, quamuis reſignaſſet ad fauorem etiam cum clauſula non alias *aliter nec alio modo* detur ad illud regreſſus, ſed in pœnam eius ingratitudinis patroni poſſint alium præſentare *cap. decernimus 16. quæſt. 7. Loth. de re benef. lib. 2. quæſt. 14. n. 75. & ſeqq. Garz. de benef. part. 11. cap. 3. num. 34. & 35.*
24 vbi quod idem dicendum eſt † in reſignatione ad fauorem facta coram Papa *Grat. diſcept. 835. n. 3. Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt. 3. n. 71. & 77. Sanch. reſp. mor. lib. 2. cap. 3. dub. 56. num. 1. Rot. dec. 152. n. 6. & ſeqq. deciſ. 190. ſub n. 5. & ſeqq. part. 5. recent.*

Tandem clericatus Ioannis Gargallo, & quod fuerit intra legitima tempora præſentatis eſt in confeſſo apud partes.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## MONTIS FALISCI SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

*Luna 22. Iunij 1643.*

## ARGVMENTVM.

Legitima non poteſt à Patre minui filio inuito, & ſi minuitur datur actio ad illius ſupplementum. Pro obtinendo ſupplemento legitimæ quænam ſunt probanda?

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

probanda? Ius adeundi non præſcribitur, niſi in adeunte concurrat ſcientia obitus defuncti.

*SVMMARIVM.*

1 *Legitima debetur filio ex legis prouidentia, quia de iure naturali debetur.*

2 *Legitimæ quantitas eſt inducta de iure Ciuili fundato tamen in naturali.*

3 *Pater non poteſt filio inuito legitimam minuere, & ſi minus dederit, competit actio perſonalis ad ſupplementum.*

4 *Pro ſupplemento legitimæ obtinendo duo probanda ſunt nempe quantitas bonorum de tempore mortis patris, & quod data à patre legitimam non adequet.*

5 *Quantitas bonorum patris ad effectum ſupplementi legitimæ ſi fuit liquidata de conſenſu partium, tali liquidationi ſtandum eſt donec contrariũ probetur.*

6 *Inter detractionem legitimæ, & illius ſupplementum nullum poteſt aſſignari diſcrimen in calculando valore bonorum patris.*

7 *Supplementum legitimæ eſt pars illius.*

8 *Æſtimatio bonorum habetur pro facta in odium illius, qui eam fieri impediuit.*

9 *Liber ſi non eſt legalis, nec etiam contra ſcribentem probat.*

10 *Eoque minus contra tertium pro tertio.*

11 *Teſtis deponens de auditu incerto non probat.*

12 *Ius adeundi ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

13 *Declara concluſionem procedere concurrente ſcientia obitus defuncti in adeunte.*

14 *Scientia Procuratoris non afficit Dominum, nec Dominus præſumitur ſcire quæ nouit Procurator.*

15 *Ad reſtitutionem in integrum obtinen. ſufficit ignorantia probabilis.*

DECISIO CXXXIX.

EXpedieneam eſſe cauſam iterum Domini dixerunt juxta deciſionem emiſſam die 18. Iunij 1642. coram bon. mem. Merlino, & à me eò præmortuo extenſam in qua firmatum fuit deberi Bizentiis ſupplementum legitimæ ex perſona filiarum Nicolai, nec non legitimam, & Trebellianicam debitam Troilo, & Ceſarino filiis eiuſdem Nicolai quibus dictæ ſorores ſucceſſerunt.

1 Indubitatum enim eſt filiæ deberi legitimam †
ex legis prouidentia *l. ſi adrogator ff. adopt. §. prohibemus in fin. Auth. trient. & ſemiſſ. §. aliud quoque Auth. vt cum de appell. cogn.* quia de iure naturali illis debe-
2 tur licet quantitas ſit inducta de jure ciuili fundato
tamen in naturali *l. cum ratio ff. bon. damnat. Socin. conſilio 93. numero 11. conſ. 120. num. 8. verſ. aliquando lib. 3. Decian. conſil. 35. numero 44. conſil. 54. numero 29. lib. 1. Rot. deciſ. 206. ſub num. 1. par. 1. recent.* dictamque quan-
3 titatem non poteſt pater inuito † filio minuere ſed ſi
minus dederit competit actio perſonalis ad ſupplementum *l. omni modo Cod. inoffic. teſtam. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 153. Rot. deciſ. 184. num. 11. par. 4. diuerſ. dec. 134. n. 3. dec. 489. n. 7. coram ſan. mem. Greg. XV. & ibi Add. n. 24.*
4 Et licet pro obtinendo † ſupplemento duo pro-
banda ſint, nempe quantitas bonorum de tempore mortis patris, & quod data à patre legitimam non adequent *Bart. conſ. 17. libro primo* non deeſt in caſu noſtro vtriuſque probatio. Nam quantitas bonorum de dicto tempore in ſcutis 8219. liquidata alias fuit de
5 conſenſu partium † cui liquidationi ſtandum eſt
donec exaduerſo contrarium probetur *Soc. in l. pecuniam n. 70. ff. ſi cert. pet. cum aliis allegatis in prima dec. §. valor.*

Nec refert quod tunc non ageretur de ſupplemento legitimæ, ſed de ipſius legitimæ detractione, quia
6 in calculando valore † bonorum non poteſt aſſignari
7 diſcrimen inter vnum, & alterum, & ſupplementum
eſt pars legitimæ *Faber. in Cod. lib. 3. tit. 14. de inoff. teſtam. diffin. 9. & 16. & 32. Menoch. de arbitr. caſ. 163. nu. 30. Petr. de fideic. quæſt. 15. n. 148. & ſeqq. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 3. n. 4.*

Eoque magis ſtandum eſt liquidationi à partibus approbatæ quia adminiculatur à relatione peritorum circa prædium ferentini, & quia cum de anno 1609. inſtaretur pro extimatione bonorum aduerſarius excepit non eſſe ei locum ſtante extimatione facta à partibus quam propterea videtur iterum approbaſſe,
8 & in præiudicium ipſius † aduerſarij qui nouam ex-
timationem fieri impediuit illa haberi debet pro facta ad text. *in cap. quoniam frequenter §. porrò vt lit. non Conteſt. Alex. conſ. 102. n. 1. & 6. lib. 1. Buratt. dec. 416. nu. 5. Rot. in Romana pec. 9. Iunij 1604. coram bon. mem. Cardinali Millino* maximè quia poſt tot annos reddita ferè eſt impoſſibilis.

Dotes autem aſſignatas filiabus non adæquare legitimam deducit prima deciſio in §. & quod, quia non excedunt ſcuta 150. computato acconcio; Neque obſtant partitæ extractæ vt dicitur ex libro Monaſterij, quibus prætenditur probatum ſolitum dandi dotes ſcutorum 100. auri, & acconcium, quia non
9 conſtat de legalitate dicti libri, qui alioquin † nec
contra ſcribentem probat *Soc. ſen. conſ. 267. ad fin. lib. 2. Rot. Iamen. dec. 1. num. 19. Burat. dec. 282. nu. 7. & fuit dictum in Narnien. ſocietatis 1. Martij 1621. coram bon. mem. Pirouano, & in Signina Saluiani 16. Aprilis 1638. coram R. P. D. meo Carillo* quo minus contra tertium
10 † pro tertio *l. inſtrumenta C. probat Iaſ. in l. admonendi
n. 133. ff. Iur. Iur. Seraph. dec. 206. n. 4. Buratt. dec. 497. num. 3.* & ad teſtem exaduerſo examinatum reſpondit
11 prima deciſio quod non probat † quia deponit de au-
ditu incerto *Caput. dec. 279. n. 1. par. 1. cũ aliis ibi alleg.*

Quo verè ad legitimam, ac Trebellianicam debitam Troilo ac Cæſarino, quibus ſucceſſerunt ſorores autrices actoris non obſtat, quod ſpatio 30.
12 annorum fuerit præſcriptum † contra dictas ſorores
ius adeundi, & ſuccedendi fratribus; Quia placuit reſponſio primæ deciſionis in §. aut tertio quod non
13 probatur ſorores habuiſſe ſcientiam † mortis fra-
trum, quæ non poteſt deduci ex libello alias porrecto ab earum Procuratore, quia ſcientia Procurato-
14 ris † non afficit Dominum, nec Dominus præſumi-
tur ſcire quæ nouit Procurator *l. quod vulgo ff. pro empt. Natt. conſ. 636 nu. 190. Alex. conſ. 63. nu. 13. libro 4. Surd. conſ. 183. n. 33. & dec. 181. n. 17. Affict. dec. 129. nu. 10. Gratian. diſcept. 853. nu. 60. & ſufficit* probabilis ignorantia ad obtinendam reſtitutionem in integrum ex allegatis in dicta deciſione.

Et ita deciſum vtraque, &c.

NARNIEN. VNIONIS.

*Mercurij 1. Iulij 1643.*

ARGVMENTVM.

Ordinarius poteſt compelli ad faciendam vnionẽ ſubſiſtente cauſa neceſſitatis, & talis vnio fieri debet cum conſenſu Capituli ſiue ille procedat authoritate ordinaria propter arctiſſimam coniunctionem, &



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

conſortium quod eſt inter Epiſcopum & Capitulum, ſiue tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.21.de reformat.cap.5.* & an de defectu conſenſus dare poſſit tertius tacente Capitulo? Iuſta cauſa vnionis reputatur inſufficientia redditüum, quæ tamen probatur ex aſſertione ordinarii, quando eſt adminiculata, & emanauit in actu viſitationis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ad vnionem faciendam compelli poteſt Ordinararius ſubſiſtente cauſa neceſſitatis.*

2 *Verbum* poterit *oppoſitum in cap.* expoſuiſti de præbend.*exponitur ab Hoſtienſi pro* debebit.

3 *Ordinarius non poteſt Eccleſiam parochialem in preiudicium Rectoris alterius Eccleſie parochialis cui illa vniri debet, per concurſum conferre.*

4 *Ius ad rem quæſitum dicitur Eccleſie, cui eſt facienda vnio ex ſolo mandato de vniendo.*

5 *Vnio vbi ſit ex iuſtitia, non ex gratia non eſt locus penitentie.*

6 *Conſenſus capituli neceſſarius eſt in vnione ſiue Epiſcopus vnit auctoritate ordinaria propter conſortium quod eſt inter ipſum & Capitulum, ſiue tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore* Concil. Tridentini ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5. *& numero* 8.

7 *Epiſcopus non poteſt expedire negocia ardua ſine conſenſu Capituli.*

9 *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5. *mandat vniones fieri ſeruata forma iuris.*

10 *Epiſcopus etiamſi procedat ad vnionem tanquam delegatus vigore Concilij Tridentini ſemper habet conſortium cum Capitulo.*

Nauar. conſ. 10. de offic. deleg. *reprobatur ibid.*

11 *Tertius an dare poſſit de defectu conſenſus Capituli in vnione tacente Capitulo?*

12 *Conſenſus Capituli in vnione non requiritur ob eius intereſſe, ſed pro ſolemnitate vnionis ob publicam vtilitatem, ne paſſim, ac temere vniones fiant.*

13 *Capitulum poteſt compelli ad conſentiendum, quando iuſta cauſa vnionis concurrit.*

14 *Vnionis iuſta cauſa reputatur inſufficientia redditüum vtriuſque Eccleſie ad ſubſtentandum Rectorem.*

15 *Ordinarius non poteſt vnire ſine cauſæ cognitione.*

16 *Cauſa iuſta vniendi quæ reputatur inſufficientia redditüum probanda eſt ab allegante vnionem.*

17 *Et quidem non ſimpliciter ſed habito reſpectu quantitatis aſſignatæ à principio fundationis, alias non releuat.*

18 *Congrua præſumitur portio aſſignata Rectoribus prædeceſſoribus, quæ contenti fuerunt, niſi probetur diminuta.*

19 *Aſſertioni Ordinarij circa inſufficientiam redditüum in ipſo decreto vnionis fides adhibenda eſt, donec contrarium probetur.*

20 *Amplia etiam ſi talis aſſertio emanauerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat, qui deberet vocari.*

21 *Pro Epiſcopo præſumitur in ſpectantibus ad eius officium.*

22 *Vnio facta ab Epiſcopo in actu viſitationis habet præſumptionem pro ſe.*

23 *Declara concluſionem procedere quoad ſolemnitates enunciatas in vnione, vel in terminis vnionis antea facta ſolemniter, & in viſitatione poſtmodum approbata; ſecus vero quando vnio fuit facta in actu viſitationis, & agitur de probatione non ſolemnitatis, ſed cauſæ & n.24.*

25 *Aſſertioni Epiſcopi circa cauſam multum defertur ſed non creditur, fides tamen adhibetur quando eſt veriſimilis & adminiculata, & n.27. & referuntur adminicula n.29.*

26 *Aſſertioni vnientis ſtandum non eſt in prohibitis, ne alias aperiatur via eludendi prohibitionem legis.*

28 *Aſſertio, ſeu ſcriptura quæ alias non probaret, concurrentibus adminiculis fidem meretur.*

30 *Auditor Cameræ in beneficialibus eſt Iudex incompetens.*

31 *Teſtes nulliter examinati coram Iudice incompetente faciunt ſaltem magnum adminiculum.*

## DECISIO CXL.

DVbio per me hodie propoſito, an ſit locus vnioni, cauſam dedit decretum in actu viſitationis de anno 1634. emiſſum ab Ordinario, qui viſitans Eccleſiam Parochialem ſancti Iacobi decreuit per hæc verba. *Vniendaque ipſamet Parochialis, prout expediri videbitur cum alia Parochiali contigua* (quæ eſt S. Bartholomæi) *cum ex tenuitate fructuum non remaneat congrua pro Rectore ad formam Sac. Concilij Tridentini extendenda ſunt hæc omnia in forma, &c.* Huius enim decreti occaſione Ferentillus Rector Eccleſiæ S. Bartholomæi prætendebat vnionem Eccleſiæ S. Iacobi purificatam eſſe ad ſui fauorem per obitum Andreæ illius Rectoris ſecutum de anno 1642. Ordinarius verò eidem Eccleſiæ S. Iacobi ſic per obitum vacanti prouidit per concurſum, & præfecit Caldarellum, a qua prouiſione appellauit Ferentillus ad C. A. à quo Signatura Iuſtitiæ cauſam auocauit & commiſit in Rota vbi etiam Parochiani dictæ Eccleſiæ S. Iacobi commiſerant cauſam iactationis, & iactationum & modo Ferentillus litem proſequitur contra Perfectum prouiſum, pariter ab Ordinario per obitum Caldarelli.

Omiſſo autem, an dictum decretum importet veram vnionem, ſeu potius mandatum de vniendo,
quia nihil hoc intereſt, cum hodierna quæſtio reſpicere poſſit etiam vnionem futuram, ad quam facien-
1 dam compelli poteſt Ordinarius † ſubſiſtente cauſa
neceſſitatis, *Rebuff. in prax. tit. de vnion. benefic. num. 42.
poſt Caccialup. eod. tract. artic. 5. num. 2. Petr. de Peruſ. de
vnion. Eccleſ. cap. 3. nu. 4. inter tractatus diuerſ. tomo 15.
par. 1. fol. 232. & 236. Mandoſ. ſup. regul. 12. Cancell. quæſt.
6. num. 4. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 110.* & eſt
doctrina originalis *Hoſtienſis in cap. expoſuiſti 34. col. 1.*
2 *verb. poteris de præben.* vbi verbum *poteris* appoſitum
in dicto tex. exponit pro *debebis* iux. tex. *in cap. ad decorem de inſtit. & Hoſtienſem* ſequitur ibidem *Io. And.
ſub n. 2. verſ. & exponit, Socc. in cap. ſicut vnire n. 91. de
exceſſ. Prælat.*

Ita vt Ordinarius nuper non potuerit Eccleſiam
conferre per concurſum in præiudicium Rectoris al-
3 terius Eccleſiæ, † cui vnionem facere teneretur, &
fieri mandatum, vt ſupra, fuiſſet, cuius mandati vi-
4 gore dictæ Eccleſiæ † quæſitum fuerat ius ad rem,
*Staphil. de litt. grat. in forma mandati prouidendi ſub
numero 4. verſ. ſed caſus Mandoſ. dicta quæſt. 6. num. 4.
Gonzal. dicta reg. 8. gloſ. 5. §. 7. num. 41.* Nec ſit locus
5 pœnitentiæ, † quia vnio fit ex juſtitia, non ex gratia,
*Abb. in cap. ſicut vnire ſub numero 6. de exceſſ. Prælat.
Garz. de benef. dicto cap. 2. numero 110. & 307. Sanchez
in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 175. Caſtropal.*

*oper.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

oper.moral.tom.2.tract.13.diſput.6.par.9.ſub nu.11.verſ.
quæ vnionis.

Difficultas reſtringebatur ad defectum cauſæ vnio-
nis, & conſenſus Capituli Cathedralis neceſſarii,
6 † ne dum ex diſpoſitione Iuris communis, quando ſci-
licet Epiſcopus vnit ex auctoritate ordinaria propter
arctiſſimam coniunctionem, & conſortium, quod eſt
inter Capitulum, & Epiſcopum, qui ideò expedire
7 † non poteſt negotia ardua ſolus, ſine conſenſu Ca-
pituli, Clem.2. de reb. Eccleſ. non alienan. Gambar. de
offic.leg.lib.5.tit.de poteſt.leg.in vniendo num.58. & 108.
Azor.inſtitut.moral.par.2.lib.6.cap.28.quæſt.2. Barboſa
de iur. Eccleſ.lib.3. capit.16. num.42. Sed etiam, quan-
8 do vnit tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus † vi-
gore Concilij Tridentini ſeſſ.21. de reformat. cap.5. quia
9 Concilium † mandat vniones fieri ſeruata forma ju-
ris, & ſic adhibito conſenſu Capituli, quidquid di-
xerit Nauarr. conſ. 10. de offic. deleg. Zerola in prax.
Epiſcop. par. 2. verb. vnio §. 9. qui male arguunt à
10 Legato Papæ ad Epiſcopum delegatum, † cum ille
non habeat conſortium cum Capitulo, quod reti-
net Epiſcopus, & ſi procedat, tamquam delegatus
vigore Concilij Tridentini, vt reprobato, Nauar.
bene aduertit Lotter. de re benef. lib.1. quæſt. 28. nume-
ro 153. & 154. Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13.
diſput.6.punct. 9. numero 12. Barboſ. de poteſt. Epiſcopi
alleg.66. numero 29. Garz.de benef.dicto cap.2.num.158.
& ſeqq. vbi refert declarationes Sac.Congregationis
Concilij, eamdemque ſententiam comprobat pluri-
bus rationibus, & allegationibus, Sanchez in præcep.
Decal.lib.7.quæſt.29. numero 183. Seraph. deciſio.1078.
num.5.

Et in caſu noſtro ſuperuacaneum eſt quærere, an
11 de huiuſmodi conſenſus defectu dare poſſit † tertius
tacente Capitulo, in qua quæſtione negatiuam am-
plectitur, Grat.diſc.278.num.31. Rot.dec.133.numero 10.
par.2.diuerſ.dec.318.nu.48.part.5.recent. affirmatiuam
12 eo quod conſenſus Capituli non requiritur † ab eius
intereſſe, cum non agatur de præiudicio Capituli, ſed
pro ſolemnitate vnionis ad publicam vtilitatem, ne
paſſim, ac temerè vniones fiant, Garz.dicto cap.2.num.
164.& ſeqq.Barboſ.de iur.Eccleſiaſt.lib.3.cap.16.nu.44.
Rot.dec.455.n.5.part.2.recent.dec.294.n.29.& ſeq.par.5.
quia in facto conſtat de expreſſo diſſenſu, & oppoſi-
tione Capituli.

Verum quia iſte diſſenſus nullius eſt momenti,
quatenus concurrat iuſta cauſa vnionis, cum tunc
13 compelli poſſit † Capitulum, vt conſentiat Cardin.in
Clem.2.ſub num. 4. de reb. Eccleſ. non alien. Soc. ſen. in
cap.ſicut vnire n.92.de exceſſ.prælat. Rebuff.in prax.reg.
21.Cancell.gl.11.num.3.Caccial.de vnion. artic.6.num.2.
Azor.inſtit.moral.dicto cap.28. quæſt.12. Sanchez dicto
cap.29.nu.164.Barboſ.de iur.eccleſiaſt.dicto cap.8.n.43.
14 & pro cauſa, affertur inſufficientia redditúum † vtriuſ-
que Parochialis ad ſubſtentandum Rectorem, quæ
inducit neceſſitatem vnionis cap.expoſuiſti de præben.
cap.poſtquam 16.quæſt.1.Clem.1.§.ad hæc de ſtat. Mona-
cor.Rebuff.de vnion.num.39.Barboſ. dicto cap.16.nu.38.
Timoth.de viſitatione lib.2.tract.2. cap. 3.Seraph. deciſ.
1078.num.4.

Tota res eſt in verificatione huius cauſæ ſine cu-
15 ius cognitione Ordinarius † non poteſt vnire Rebuff.
de vnion.num. 43.Calder.conſ.4.de reb.Eccleſ. non alien.
Rot.in Meleuitana vnionis, 22. Iun. 1640. coram Reue-
16 rendiſſ.D.meo Decano, eaque probanda eſt † ab alle-
gante unionem Rebuff. de renoc. vnion. num. 10. Garz.
de benef.par.12.cap.2.num.110. Egid. dec.617. Caputaq.
deciſio.350.num.3.par.3. & quidem non ſimpliciter ſed
17 habito reſpectu † quantitatis aſſignatæ à principio
fundationis & alias non releuat nam ex quo Recto-
res prædeceſſores contenti fuerunt portione à prin-
18 cipio aſſignata congrua † præſumitur niſi probetur
diminuta, Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 85.
Oldrad. conſ.162.ſub num. 1. verſ. quod ita Seraph. dec.
1385.num.3.

Igitur ad probandam inſufficientiam redditúum
informantes pro Rectore ſancti Bartholomæi allega-
bant aſſertionem Ordinarij in ipſo decreto vnionis
ibi cum ex tenuitate fructuum non remaneat congrua
19 pro Rectore, &c. cui aſſertioni † adhibendam eſſe fi-
dem donec contrarium exaduerſo probetur, etiamſi
20 emanauerit parte non vocata, quia forte nullus tunc
aderat qui deberet vocari dixit Rot. coram Caſ. de
Graſſ.dec.1.num.15. & ſeqq. de reb. Eccl. non alien. vbi
21 redditur ratio quia præſumitur pro Epiſcopo † &
cum ſimus inſpectantibus ad eius officium, eique
commiſſis à Conc. Tridentino videtur credendum,
22 Seraph.in punct.vnionis † in actu viſitationis, deciſ.1372.
n.3.Rebuff.de renoc. vnion. num.10. ibi niſi exprimatur,
Garz.dicto cap.2.nu.121.Caſtr.Palao oper.moral.tom.2.
tract.13.diſp.6.punct.12.ſub n.20. iuncto tract.3. diſput.6.
punct.14. nu 3.tom.1.

23 Sed hæc procedunt † quo ad ſolemnitates enun-
ciatas in vnione prout loquitur deciſ. Caſ. de Graſſ.
quam ſequitur Garz. vel in terminis vnionis antea
factæ ſolemniter & in viſitatione poſtmodum appro-
batæ, de qua loquitur Seraph. dicta dec. 1372. Secus
24 verò quando † vt in caſu noſtro vnio facta fuit in
actu viſitationis & agitur de probatione non ſolem-
nitatis ſed cauſæ, vt in punct. reſpondendo ad alle-
gata in contrarium diſtinguit Rota coram bon. mem.
Caualerio, dec.339.num.7. & 8. & par.5. recent. deciſ.
318.num.12.& ſeqq.& ratio eſt quia ſolemnitas facilius
præſumitur quem cauſa, quæ plenè probanda eſt &
25 circa eam † aſſertioni Epiſcopi defertur quidem mul-
26 tum ſed non creditur, neque in prohibitis † qualis eſt
vnio ſine cauſa ſtandum eſt dicto aut aſſertioni vnien-
tis, ne alias aperiatur via eludendi prohibitionem le-
gis in puncto, Oldrad. conſ.261.per tot. Pariſ. conſ.36.
num.11.lib.4. Egid. dec 617. in princ. Barboſ. de poteſt.
Epiſc.alleg.66.n.23.Rot.dec.716.n.1.dec.752. nu.3. par.1.
diuerſ.& inter practicabilia impreſſa par.2.diuerſ.tit.de
vnione ſub n.6.

Adhibuerunt autem Domini fidem aſſertioni Or-
27 dinarii † quia eſt veriſimilis & adminiculata, & regu-
28 lare eſt quod concurrentibus adminiculis † aſſertio
ſeu ſcriptura quæ alias non probaret fidem meretur,
Salyc.in l.ſi mater ſub n.1.Cod.contrah. empt. Tiraquell.
in l.ſi vnquam verbo donatione largitus nu. 100.Cod. re-
uoc.don.Surd.dec.325.n.5.Rot.dec.334.n.3. par.1.recent.
dec.209. nu.7.par.7. Caſ.de Graſſ. in term. vnionis dict.
dec.1.n.19.de reb.Ecc.non alien.

29 Et adminicula reſultant † tum ab ipſo actu viſita-
tionis in qua Ordinarij ſolent capere informationes
extraiudicialiter nec omnia in ſcriptis redigere, tum
ab interdicto Eccleſiæ ſancti Bartholomæi publica-
to ab Ordinario in eadem viſitatione, eo quod care-
bat ornamentis neceſſariis, tum à ſimili vnione quo-
rumdam beneficiorum ſimplicium facta eodem con-
textu dictæ Eccleſiæ ob eius ſummam paupertatem,
tum denique ex teſtibus in hac cauſa examinatis co-
ram A. C. deponentibus de inſufficientia redditúum
ad ſubſtentationem Rectoris, qui eſto quod verſare-
30 mur in cauſa beneficiali in qua A. C. eſt Iudex † incom-
31 petens faciunt ſaltem magnum † adminiculum, Ca-
put.deciſ.206. numer.6. part.2. Rot. deciſ.315. numer.5.
deciſ.342.numer.7.in fin. deciſ.369.num.2. dec.406.nu.6.
par.1.recent.

Ideo reſolutum fuit eſſe locum vnioni, vtraque parte informante.

## ROMANA MATRIMONII.

*Mercurij 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Pendente lite ſuper fœdere matrimonij quemadmodum expenſæ litis ſubminiſtrandæ veniunt vxori pauperi à viro diuite, ita è conuerſo viro inopi ab vxore diuite concurrentibus paupertate, ac præſumptione boni Iuris, & ex quibus vtraque qualitas juſtificetur? Matrimonium ratum per profeſſionem alterius ex coniugibus dirimitur, & quomodo hæc concluſio procedat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Expenſæ, & ſumptus litis debentur vxori pauperi à viro diuite pendente lite ſuper fœdere matrimonij.*

2 *Ita è conuerſo ſubminiſtrari debent viro inopi ab vxore diuite, quia in correlatiuis quales ſunt vir, & vxor, in vno procedit regulariter in alio.*

3 *Sumptus litis ſubminiſtrari debent concurrentibus paupertate, ac præſumptione boni Iuris.*

4 *Bonorum iis ad effectum conſequendi ſumptus litis, ex quibus reſultet?*

5 *Bonum ius ad effectum conſequendi ſumptus litis reſultat etiam ex ſententia per appellationem ſuſpenſa.*

6 *Paupertas an ſit ſufficienter probata ad effectum conſequendi ſumptus litis pendet ab arbitrio Iudicis.*

8 *Paupertas adhuc dicitur probata ad effectum conſequendi ſumptus litis, quamuis quis poſſit ex induſtria ſibi victum quærere, ſi tamen non poteſt quærere pecunias pro ſubſtinenda lite.*

9 *Matrimonium ratum per profeſſionem alterius ex coniugibus dirimitur.*

10 *Declara concluſionem procedere quatenus verè, & cum effectu fuerit emiſſa profeſſio.*

11 *Secus verò ſi alter ex coniugibus ſimpliciter declarauit velle profiteri, quod verbum* velle *iunctum verbo infiniti temporis dicit actum de futuro, nec diſponit in iis, quæ ſimul alterius conſenſum requirunt.*

12 *Profeſſio in religione vt valeat, requiritur conſenſus habentis poteſtatem acceptandi nomine ipſius Religionis, illamque obligandi profitenti, & vlterius, quod ſolemniter emittantur tria vota paupertatis caſtitatis, & obedientiæ, & n. 13.*

14 *Sumptus litis quando ſubminiſtrandi veniunt à diuite pauperi, tunc illorum quantitas arbitrio Iudicis taxatur.*

## DECISIO CXLI.

SVmptus litis ſuper nullitate matrimonij conteſtatæ ad inſtantiam Catherinæ contra Iacobum, ac jam diu pendentis, petiit idem Iacobus, & deberi reſponſum fuit.

1 Quia ſicuti pendente lite † ſuper fœdere matrimo-
nij vxori pauperi ſubminiſtrandæ ſunt expenſæ à viro
diuite, *Abb. in cap. ex parte n. 10. de accuſ. Cordub. in l.
ſi quis à liberis §. ſi vel parens nu. 65. ff. de lib. agnoſ. Me-
noch. præſum. 35. ſub nu. 18. verſ. eamdem ſententiam lib. 1.*
& fuit dictum in *Romana alimentorum 1. Aprilis 1639.
coram bon. mem. Pironano.* ita è conuerſo viro inopi
2 † ab vxore, quia in correlatiuis quales ſunt vir, &
vxor diſpoſitum in vno procedit regulariter etiam in
alio, *Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his nu. 14. ff.
lib. agnoſ. Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 8. n. 28. Gutthier.
canon. quæſt. lib. 1. capit. 24. n. 8. Surd. de alim. tit. 1. quæſt.
35. ſub n. 8. & ſeq.*

Nec deſiderantur præſumptio boni juris, & pau-
3 pertas Iacobi, quibus concurrentibus actor † con-
demnari ſolet ad ſubminiſtrandum reo ſumptus litis,
*l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. inoff. teſtam. l. fin. Cod. ord.
cognit. Oldr. conſ. 27. n. 3. Aym. conſ. 164. n. 1. Grat. diſcept.
954. num. 27. Seraph. deciſ. 1098. nu. 1. & 2. Burat. dec. 15.
num. 1.*

4 Nam bonum ius ſatis probatur † ex fide Parochi
teſtantis de matrimonio per verba de præſenti con-
tracto inter Catherinam, & Iacobum, nec non ex
duabus deciſionibus ſuper validitate matrimonij, ac
etiam ſimili ſententia Reuerendiſſimi Vicesgerentis,
5 quæ & ſi ſuſpenſa fuerit per appellationem † præ-
ſtat ſufficientem præſumptionem boni iuris ad effe-
ctum, de quo agitur, *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. nu. 6.
Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 120. n. 10. & 11. coram bo. mem.
Greg. XV. dec. 189. nu. 7. dec. 150. nu. 2. dec. 498. n. 3. par. 3.
recent.*

De paupertate verò Iacobi, ac diuitiis Catharinæ
6 deponunt duo teſtes, † quibus juncto decreto Vices-
gerentis alias emanato pro certa quantitate in cau-
ſam expenſaruuı litis, & ſimili decreto Rotali pro ex-
penſis neceſſariis tranſportationi actorum in judica-
tum tranſacto viſa fuit probata paupertas, quæ ſit nec
7 ne ſufficiens plurimum pendet ab arbitrio Iudicis
*gloſſ. in Auth. præterea verbo locuples Cod. vnde vir &
vxor Bart. in l. ſi conſtante n. 14. ff. ſolut. matr. Couar. d.
lib. 2. cap. 6. n. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 56. nu. 7. Buratt.
deciſ. 15. n. 2.*

Nec obſtat, quod Iacobus poſſit propria indu-
8 ſtria ſibi victum quærere, † quia non ideò poteſt vltrò
quærere pecunias pro ſubſtinenda lite exaduerſo mo-
ta, & ſic adhuc eſt pauper reſpectu effectus contem-
plati, vt requiritur, *Gratian. diſcept. 907. nu. 1. Magon.
dec. Lucen. 40. n. 22.*

Tandem non obſtat, quod nuper Catharina de-
clarauit medio juramento velle profiteri monaſticam
vitam in Monaſterio Sancti Spiritus. Quia licet per
9 profeſſionem alterius † ex coniugibus dirimatur ma-
trimonium ratum, *cap. ex publico de conuerſ. coniugat.
cap. deſponſatam 27. quæſt. 2. cap. decreta legalia 28.
quæſt. 2. & fuit ſancitum in ſacro Concilio Trident. ſeſſ.
24. de matrimonio can. 6.* Hoc tamen procedit qua-
10 tenus verè, & cum effectu † fuerit emiſſa profeſſio,
*Sanch. de matr. lib. 1. diſput. 18. ſub numero 3. verſ. &
quamuis.*

Sed in caſu noſtro mulier ſimpliciter declarauit
11 velle profiteri, quod verbum *velle* iunctum verbo in-
finiti temporis dicit actum de futuro, nec diſponit
in iis, quæ ſimul alterius conceſſum requirunt juxta
ſingularem theoricam, *Bart. in l. 1. ſub n. 3. Cod. Sum.
Trin. & fid. Cath.* quam ſequitur, *Iaſ. ibid. num. 24. & in
terminis matrimonij carnalis Sanch. de matr. lib. 1. diſpu-
tat. 18. n. 26. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat.
20. num. 36. & 37.*

12 Prout requirit profeſſio † conſenſum perſonæ ha-
bentis poteſtatem acceptandi nomine ipſius Religio-
nis, illamque obligandi profitenti, *cap. porrectum. &
ibi gloſſ. verb. monacum cap. ad Apoſtolicam de regul.
Innoc. in d. cap. porrectum num. 5. Io. Andr. nu. 4. Sanch.
in præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. ſub num. 62.* Et vlterius
13 quod ſolemniter † emittantur tria vota, pauperta-
tis, caſtitatis, & obedientiæ. *cap. cum ad monaſterium*

*in*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*in fin. de ſtat. monach. Rot. dec. 216. n. 3. part. 2. diuerſ. deciſ. 579. n. 1. par. 1. rec.*

Ex quibus domini mandarunt ſolui per Catharinam in cauſam ſumptuum litis ſcuta aurei quinquaginta habita conſideratione quantitatis in lite neceſ-
14 ſariæ, pro quo taxanda intrat † arbitrium Iudicis, *l. fin. cod. de ord. cognit. l. 2. ff. vbi pupillus educari debeat. Aym. conſ. 189. num. 10. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 83. n. 12 Rot. dec. 421. n. 6. par. 2. rec.*

Et ita deciſum Iacobo ſolum informante præuiis tamen pluribus citationibus contra Catherinam.

## ANCONITANA PRÆDII.

*Mercurij 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Remiſſoria petita in vltimis audientiis eſt deneganda, ſi lis longo tempore durauit tam in partibus, quam in Curia, & nunquam fuerunt factæ probationes, concurrente præſertim articulorum irreleuantia. Remiſſoria ad probandum ſtylum procedendi ad ſubhaſtationem pignorum venit deneganda cum id probari poſſit per acta judicialia, & ſic per ſcripturas.

### *SVMMARIVM.*

1 *Remiſſoria petita in vltimis audientiis, & poſtquam lis diu fuit tam in partibus, quam in Curia agitata vti tendens ad defatigandam partem, & differendam cauſæ expeditionem venit deneganda.*

2 *Ius offerendi locum habet etiam in ſubhaſtatione ſtante illius nullitate.*

3 *Remiſſoria etiam in prophanis denegatur ſtante irreleuantia materiæ articulatæ.*

4 *Ad ſubhaſtationis validitatem tres ſaltem oblatores requiruntur.*

5 *Scriptura conſici ſolet de actis iudiciariis.*

6 *Remiſſoria non conceditur ad probandum ſtylum procedendi ab ſubhaſtationem cum id probari poſſit per ſcripturas, & ſic per acta iudicialia.*

7 *Remiſſoria non datur ad probandum acta judicialia.*

8 *Teſtium dicta per tranſportationem actorum coram Iudice alterius inſtantiæ dicuntur didicita.*

9 *Remiſſoria non datur poſtquam dicta teſtium fuerunt didicita.*

10 *Articulus continens probationem plurium annorum, ſi in aliquibus conuincitur mendax, ita, & in aliis præſumitur.*

11 *Fructus ſiue redditus terrarum, quæ alternatim feruntur non præſumuntur diminuti, quia huiuſmodi terræ non conſeneſcunt, aut ſterileſcunt, & ſemper dicuntur noualia, & n. 12.*

13 *In valore calculando non attenditur redditus vnius vel alterius anni ſterilis, ſed fit compenſatio cum fertilibus, & ex omnibus vniformis valor conſtituitur.*

## DECISIO CXLII.

POſt tres ſententias, quibus pronunciatum fuit competere Collegio Societatis Ieſu ius offerendi aduerſus Rinaldinos poſſeſſores prædij olim ſpectantis ad Bartholomeum Fanellum communem debitorem, Rinaldini produxerunt nouos articulos inſtantes ſibi deſuper concedi remiſſoriam, quam hodie Domini denegandam eſſe cenſuerunt.

Ne dum, quia longo tempore 26. ferè annorum,
1 quo lis durauit tam in partibus † quam in Curia, Rinaldini facilè potuiſſent parare probationes neceſſarias, vnde hodierna petitio remiſſoriæ in his vltimis audientiis viſa eſt ordinata potius ad defatigandam partem, ac differendam cauſæ imminentem expeditionem, ideoque reiicienda, *Caputaq. dec. 63. n. 1. par. 3. Mant. dec. 61. n. 5. Rot. dec. 712. n. 5. par. 1. recent. dec. 235. n. 9. part. 5.*

Sed magis, quia primus articulus continens quod Rector, & alij Miniſtri Collegij Societatis Ieſu habuerunt notitiam executionis, ac ſubhaſtationis factæ ad inſtantiam Columnelli Rinaldini non releuat
2 cum adhuc vigeant nullitates ſubhaſtationis, † ob quas competere ius offerendi, *vlt. deciſ. coram me in §.*
3 *præterea*, & ſtante irreleuantia neque in profanis † eſt locus remiſſoriæ, *Caputaq. dec. 66. par. 3. Caſſad. dec. 2. de dilat. Rot. dec. 276. n. 1. part. 6. recent.*

Irreleuans pariter eſt ſtylus ſecundo loco articulatus procedendi ad ſubhaſtationes, quia non apparet ſeruatus in ea, de qua agitur, nec excludit neceſſita-
4 tem † trium ſaltem oblatorum ad validitatem ſubhaſtationis requiſitorum *ex allegatis in d. §. præterea* &
5 in omnem euentum, quia de actis iudiciariis † confi-
6 citur ſcriptura fruſtra ad huiuſmodi † ſtylum probandum petitur remiſſoria, cum poſſit probari per ſcripturas, *Ægid. deciſ. 9 num. 1. verſ. facit quia Rot. deciſ. 44. & 45. de teſt. in antiq. dec. 253. n. 1. par. 7. recent.* & in
7 terminis † actuum judicialium, *Rot. dec. 196. n. 8. par. 1. recent. dec. 17. n. 6. part. 6.*

Alii articuli ſuper liquidatione fructuum huius prædii admittendi non ſunt; quia repugnat dictis te-
8 ſtium hinc inde examinatorum coram † aliis Iudicibus, quæ cum per tranſportationem actorum coram Iudice alterius inſtantiæ fuerint didicita, *vt fuit deciſum in Albanen. Confinium 22. Aprilis 1622. coram bo. mem. Pirouano, & in Camerinen. Penſionis 4. Maij 1640.*
9 *coram me*, non debet iterum concedi † remiſſoria, *auth. at qui ſemel & ibi Bald. num. 5. verſ. ſed dicunt Canoniſtæ Cod. probat. Felin. in cap. fraternitatis, n. 3. & ſeq. de teſt. Afflict. deciſ. 216. num. 1. Rot. dec. 235. num. 7. par. 5. recent.*

Et ſignanter articulatum ſemen rubrorum octo frumenti quolibet anno, & recollecta quatuor pro rubro à viginti, & viginti quinque annis citra repugnat ſaltem pro tribus annis depoſitionibus teſtium, vt ſupra examinatorum de anno 1621. in quibus habetur annuum ſemen rubrorum duodecim, & recollecta rubrorum ſaltem ſex pro rubro, & ex inde deduci poteſt coniectura, quod etiam pro aliis annis
10 articulus † ſit mendax, & confictus ad euertenda fundamenta deciſionum ſuper liquidatione emanatarum *coram bon. mem. Pirouano ad tex. in cap. ſemel malus de regul. in 6. Menoch. conſ. 94. num. 62. Gionagn. reſpon. 44. num. 20. libro 1.* Maximè quia non articulatur accidens aliquod, quod poſtea in his terris ſuperueneſit; vel noua cauſa deteriorationis, ſine qua in terris
11 ſeminatoriis, † quæ alternatim feruntur redditus non præſumuntur diminuti, quia terræ huiuſmodi non conſeneſcunt, *teſte Columella de re ruſt. lib. 1. cap. 1.* &
12 ſemper noualia dicuntur *l. ſilua §. noualia ff. verb. ſignif. & ibi latè Rebuff. vbi ex Varrone de re ruſt. lib. 1. cap. 19. Plin. in hiſtor. natur. lib. 18. cap. 19.* ait quod poſt annum vtiliter ſemper ſeritur, & eadem ſemper percipitur vtilitas.

Quod vero terræ ſint nudæ, & non arboratæ, vt articulatur in quarto contrarium ex diametro eſt articulis exaduerſo productis in prima inſtantia, in quibus dicitur prædium eſſe aratiuũ, pratiuum, & oliuatũ,



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cannetatum, & arboratum *Summ. Collegij num. 5.* & ibidem habetur vltro, quod in hoc prædio adſunt quatuor, vel quinque ſalmæ terræ non aptæ culturæ, prout reperitur in moderno quinto articulo, quæ tamen non computantur inter terras vtiles, *in deciſione emiſſa 22. Aprilis 1641. coram bon. mem. Pirouano.*

Et quatenus additur quod de anno 1632. & 1642. ob inundationes, & grandinem fuerunt recollecta rubra 17. frumenti tantum, non releuat, quia in cal-
13 culando valore non attenditur redditus vnius, vel alterius anni ſterilis, ſed fit compenſatio cum fertilibus, & ex omnibus vniformis valor conſtituitur, *Eſcobar. de ratiocin. cap. 16. ſub num. 40. Rot. poſt ſecundum volum. conſ. Farinac. deciſ. 256. num. 3. & in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622. coram bon. mem. Vbaldo ſeniore.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

## ROMANA LAVDI, SEV DOMVS.

*Mercurij 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Quando agitur de liquidatione fructuum, ſeu penſionum domus, tunc non dicitur probata illarum perceptio ex ſola poſſeſſione, niſi etiam locatio concurrat. In probanda fructuum perceptione pleniores probationes requiruntur, quam in probanda illorum quantitate nam ſi ſola quantitas in controuerſiam cadit, tunc leuiores probationes ſufficiunt.

### SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius probatur ex fide parochi formiter extracta.*

2 *Penſiones domus exacta præſumuntur à poſſeſſore declara, vt n. 5.*

3 *Locatio ad annum non præſumitur continuata in futurum, quamuis non probetur diſdicta ad effectum condemnandi poſſeſſorem ad reſtitutionem penſionum tanquam à ſe exactarum, ne detur præſumptio præſumptionis, nempe quod locatio durauerit vltra annum, & quod poſſeſſor penſiones exegerit.*

*Secus autem, quando concurrunt coniecturæ continuationis, n. 6.*

4 *Liquidatio fructuum fit iuxta ſolitum annorum præcedentium, quando verè conſtat de perceptione, & ſolum dubitatur de quantitate.*

5 *Domus cum non ſit de ſui natura fructifera ex ſola poſſeſſione non dicitur probata fructuum, ſeu penſionum perceptio, niſi vltro locatio concurrat.*

7 *Ex locationibus annorum non longè inter ſe diſtantibus reſultat coniectura ſimilis locationis medij temporis.*

8 *Præſertim, quando agitur de locatione domus ſitæ in loco opportuno negotiis, & in quo facilè eſſe ſolet reperiri conductorem.*

9 *Teſtis vnicus non probat.*

10 *De fructuum perceptione quoties agitur, tunc ad eam probandam plenæ requiruntur probationes, ſecus verò ſi controuerſia ſolum verſatur circa quantitatem, nam leuiores probationes ſufficiunt.*

### DECISIO CXLIII.

INſtantibus Io. Baptiſta, & fratribus de Foruiis, ad quos per ſententias Rotales declaratum fuit ſpectare duas tertias partes domus ſitæ in viculo nuncupato, *Calabrachæ*, vna cum fructibus à die obitus Ioan. Foruiæ, ac medietatem domus ſitæ in vico nuncupato del Pauone, & alterius domunculæ poſitæ in regione Transtiberim vna cum fructibus à die obitus Felicis, pro dd. fructuum liquidatione; contigit dubitari, ad quam ſummam illi aſcendant?

Et ſuppoſito obitu Ioannis die 28. Ianuarij 1632. & Felicis die 14. eiuſdem menſis, & anni, vt patet ex fi-
1 de Parochi formiter extracta, quæ mortem, † eiuſque tempus probat, *Immol. conſ. 110. in fin. Rebuff. de decim. quæſt. 2. ſub num. 10. Rot. deciſ. 704. n. 4. par. 1. recent. dec. 11. n. 2. coram bon. mem. Buratt. vbi adden. num. 4. allegat concordantes.*

Dictum fuit fructus domus in vico Calabrachæ aſcendere ad ſcut. 856.; quorum duæ triæ partes ſpectantes ad actores conſtituunt ſummam ſcut. 571. 11. Nam dicta domus apparet ex publico inſtrumento locata die 17. menſ. Auguſti 1632. ad annum cum pacto relocationis, niſi fieret diſdicta pro annua penſione ſcutor. 90. Et de menſe Martij anni 1636. probatur per publicum inſtrumentum ſimilis locatio ad annum pro ſcutis 90. anno verò 1637. vſque ad primum Decembris 1640. conſtat per aliud inſtrumentum, quod domus fuit locata ſcutis annuis 85. ac tandem de anno 1640. datur apoca locationis ad ſeptennium pro annua penſione ſcut. 80. quæ omnes penſiones præſumuntur exactæ à reis conuentis, qui do-
2 mum poſſidebant, *l. Iulianus §. ex vendito ff. act. empt. Rot. deciſ. 25. de præb. in nou. dec. 30. n. 2. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 283. n. 11. par. 7. rec.*

Non obſtat, quod prima locatio anni 1632. eſſet annalis, nec præſumptio, quod continuata fuerit in
3 futurum, † ex quo exaduerſo non probatur facta diſdicta ſufficiat ad condemnandum poſſeſſorem, vt reſtituat dicti temporis penſiones, tamquam à ſe exactas nè detur præſumptio præſumptionis, alia nempè quod locatio durauerit vltra annum, alia quod poſſeſſor penſiones exegerit, vt in puncto *fuit deciſum coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 307. n. 9.*

Quia hoc benè applicatur pro tempore, quo nulla alia daretur coniectura continuationis præter illam orientem ex non probata diſdicta. Nec releuaret
4 ſolitum annorum præcedentium, † quia non attenditur, niſi quando verè conſtat de perceptione fructuum, & ſolum dubitatur de quantitate, *vt declarando doctrinam Bald. in l. 1. Cod. fruct. & lit. expenſ. diſtinguit Acchill. deciſ. 22. numero 3. de reſtit. ſpoliat.* qui non eſt caſus noſter, quia cum domus non ſit de ſui
5 natura fructifera, ſed requirat factum locationis, † non dicitur probata perceptio fructuum ex ſola poſſeſſione domus, dum non probatur illius locatio, *Rot. dec. 304. num. 15. par. 5. rec.*

6 Secus autem pro tempore, quo † aliæ coniecturæ concurrunt, *Dominus Vrgellen. dicta deciſio 307. numero 6. & 7. in fin.* Prout concurrunt pro tempore medio inter annum 1632. & 1636. tum quia ex loca-
7 tionibus † vtriuſque anni non longi inter ſe diſtantis reſultat coniectura ſimilis locationis medii temporis ad *tex. in capit. accedens de conuerſ. coniugat. cap. inter dilectos de fide inſtrum. Menoch. præſumpt. 36. numero 1. lib. 6. Buratt. deciſ. 660. num. 1. dec. 926. num. 5. & in proximis term. Mant. dec. 32. num. 3.* tum etiam,
8 quia domus ſita eſt in loco opportuno negociis, † & in quo facilè eſſe ſolet reperiri conductorem, vt etiam demonſtrauit obſeruantia ſequentium annorum, nec rei conuenti negant fuiſſe tempore medio locatam.

Quo ad domum in vico del Pauone fructus taxati fuerunt in ſcut. 143. quia teſtes probant illius locationem

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

locationem pro annua penſione ſcut. 63. quæ à die mortis Felicis vſque ad diem venditionis factæ Cecchino de anno 1636. aſcendit ad ſcut. 286. detracta penſione quatuor menſium, quibus teſtes deponunt domum vacaſſe conductore.

De fructibus domunculæ ad Tranſtiberim non fuit habita ratio, quia non docetur de locatione, niſi ex dicto tertij teſtis deponentis, quod de anno 1632. aduerſarij poſſidebant d. domunculam, ex qua percipiebant julios ſex meſtruatim, ſed non explicat quan-
9 to tempore fuerit locata, & tanquam vnicus † non probat, aduertendo quod hic agitur de probanda fru-
10 ctuum perceptione, † quæ pleniores probationes requirit, quidquid dicendum eſſet ſi ſola quantitas fructuum perceptorum in controuerſiam caderet, quo caſu leuiores ſufficiunt, vt in *term. diſtinguit. Coccin. dec. 439. nu. 2.* vbi allegantur concordantes.

Ex quibus fructus aſcendere ad ſcut. 623. & bajo. 33. deciſum fuit vna tantum parte informante.

## FVLGINATEN SALVIANI.

*Mercurij* 1. *Iulij* 1643.

## ARGVMENTVM.

Saluianum non datur ex defectu hypothecæ, & quando poſſeſſori competat retentio ex creditis anterioribus?

## *SVMMARIVM.*

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo emphiteotico non ſubſtinentur ſtante expreſſa prohibitione in Inſtrumento inueſtituræ aliqualiter alienandi obligandi, & hypothecandi cum clauſula irritanti &c. & n. 3.*

2 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis, & conſtituit Ius reale, ac ſpecialem hypothecam ſuper fundo ſubiugato.*

4 *Cenſus quando fuit nulliter impoſitus, tunc pro fructibus agi nequit loco damnorum, & intereſſe vigore obligationis cameralis in Inſtrumento cenſus appoſita.*

5 *Cenſus ſi nulliter fuit impoſitus ſuper bonis emphiteoticis ex pacto, & prouidentia tunc pro damnis non datur hypotheca ſuper dd. bonis in præiudicium vocatorum, tum prohibitio hypothecæ contenta in inueſtitura impediat illius creationem à principio.*

6 *Nec vocati tenentur ad debita anteceſſoris.*

7 *Cenſus imponi poteſt ſuper pluribus fundis, & vno exiſtente non idoneo, tenet ſuper alio proportionabiliter ad eius capacitatem.*

8 *Cenſus remanet extinctus, ſi dominium fundi cenſualis tranſit irreuocabiliter ad dominum, ne detur in eodem ſubiecto actio, & paſſio.*

9 *Seruitus in re propria non datur.*

10 *Clauſulæ* ad habendum, & conſtituti *probant dominium inter conſtituentem, & conſtitutarium.*

11 *Et accedente titulo habili ad illius acquiſitionem dominium transferunt.*

12 *Concordiam, ſiue tranſactionem non habuiſſe effectum, ex quibus arguatur.*

13 *Allegati concordiam incumbit onus probandi, quod fuerit effectuata, quia cum ſit facti non præſumitur.*

14 *Identitas non probatur ex teſtibus deponentibus de confinibus genericis, ſed neceſſe eſt quod deponant de confinibus ſpecificis, & non aptis aliis bonis conuenire.*

15 *Exceptio crediti anterioris repellit creditorem poſteriorem agentem ex ſaluiano interdicto.*



## DECISIO CXLIV.

DEnegarunt Domini immiſſionem petitam ex vtili ſaluiano interdicto a Petro Auguſtino de Luntis ad prædium poſſeſſum à Franiſco, & aliis de Gioſue ob defectum hypothecæ probationis primi extremi, aç retentionem poſſeſſori competentem ex hypothecis anterioribus.

Quia agitur pro fructibus cenſus olim impoſiti nomine Scipionis Barnabei ſub fidejuſſione Fauſtinæ ejus vxoris ſuper vna domo ſita in Ciuitate Fulginei, & ſuper prædio ſtadiorum 50. circiter exiſtenti in territorio d. Ciuitatis in vocabulo la rotta delle Caue.
1 Sed ſuper domo cenſus non ſubſtinetur, † quia ex inſtrumentis productis apparet eſſe emphiteoticam Eccleſiæ, & conceſſam ad tertiam generationem cum expreſſa prohibitione aliqualiter alienandi, obligandi, hypothecandi, ſine conſenſu Epiſcopi Domini directi, & ſi ſecus fiat non valeat ipſo jure, quæ prohibitio, quia compræhendit etiam impoſitionem cen-
2 ſus, eo quod † eſt ſpecies alienationis, & conſtituit jus reale, ac ſpecialem hypothecam ſuper fundo ſubjugato, *Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 6. Surd. conſ. 162. num. 9. & ſeqq. Peregr. conſ. 97. num. 8. lib. . Cenc. de de cenſib. part. 1. cap. 2. qu. 3. art. 1. nu. 1. & 5. Baratt. deciſ. 410. num.* 3. efficit juncta præſertim dicta clauſula irri-
3 tanti *alias, &c.* vt impoſitio cenſus † fuerit ab initio nulla ipſo jure, *Gaſpar. Roder. de ann. redd. libr. 1. qu. 3. nu. 7. Gratian. diſcept. 903. num. 9. Cinc. de cenſib. par. 1. cap. 2. qu. 2. art. 2. nu. 6. & ſeqq. Rot. apud eundem dec. 74. nu. 2. & ſeqq. dec. 75. nu. 1. dec. 76. nu. 7. & in Rom. Cenſus, ſeu depoſiti* 21. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*
4 Nec pro fructibus agi poteſt † ſaltem loco damnorum, & intereſſe vigore obligationis Cameralis in inſtrumento cenſus appoſitæ, vt *per Cinc. de cenſib. par. 1. cap. 2. qu. 1. art. 6. nu. 41. & 42. dec. 785. num. 7. alios allegatos in Romana cenſus* 10. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Cerro.*

Nam quicquid ſit aduerſus impoſitorem cenſus, ſiue ejus hæredes ſanè pro hujuſmodi damnis non
5 competit † hypotheca ſuper bonis emphiteoticis ex pacto, & prouidentia in præjudicium vocatorum cum prohibitio hypothecæ contenta in inueſtituris reſti-
6 terit illius creationi à principio, & ita vocati † non teneantur ad debita anteceſſoris, *Scrader. de feud. part. 7. cap. 7. nu. 32. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. primo gloſſ. 15. n. 24. Gomez ad l. tauri 40. n. 72. Cinc. part. 1. cap. 2. qu. 1. art. 6. n. 44. Rot. apud eundem dec. 60. n. 6. dec. 72. nu. 1.* & emphiteuſim de quo agitur eſſe ex pacto, & prouidentia *fuit deciſum in Fulginat. Emphiteuſis 28. Iunij 1627. coram bo. me. Pirouano.*

Super prædio verò licet à principio validus fuerit
7 cenſus, quia imponi poteſt † ſuper pluribus fundis vnoquoque exiſtente non idone tenet ſuper alio proportionabiliter ad ejus capacitatem, *Cinc. de cenſib. par. 1. cap. 5. quæſt. 3. art. 2. num. 21. & par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 8. num. 6. & ſeqq. Rota inter ibi impreſſas deciſ. 72. num. 9.*

Extinctus fuit eo quod dominium prædij cenſualis
8 tranſiit irreuocabiliter ad Dominum cenſus ne detur
9 in eodem ſubjecto actio & paſſio, & ſeruitus † in re propria, *Cinc. par. 3. cap. 1. qu. 5. num. 1. & ſeqq. Rot. ibid. deciſ. 299. nu. 1. ex tex. in l. 1. ff. quemad. ſer. ammit. l. ſi tibi fundo ff. quib. mod. vſufr. ammit. l. neque pignus ff. de reg. iur. & deciſ. 570. ſub nu. 25. part. 5. recent. dec. 276. num. 8. part. 6.* Vt probetur ex publico inſtrumento diuiſionis initæ de anno 1603. inter Guidum Antonium



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Seggium, & Petrum Auguſtinum de Luntis aduerſa-
tium *cum clauſulis ad habendum, & conſtituti*, quæ pro-
10 bant † tradentis dominium inter ipſum, & recipien-
tem *Grat. reſpon. 42. n. 12. lib. 2. Tiraquell. de conſt. poſſeſſ.
lim. 1. nu. 23. verſ. ſed quod dicimus Rota dec. 766. num. 11.
11 part. 1. diuerſ.* Et accedente titulo habili † ad illius
acquiſitionem qualis eſt diuiſio dominium transfe-
runt, *Rot. dec. 662. num. 4. part. 1. diuerſ. deciſ. 135. nu 24.
par. 6. recent. & in Romana Vineæ 9. Aprilis 1612. coram
bo. me. Vbaldo ſeniore.*

Nec obſtat, quod triennio ante idem prædium in
quadam concordia legatur aſſignatum eidem Petro
Auguſtino aduerſario nomine Vrſulæ vxoris, Potiùs
enim attendi debet poſterius inſtrumentum diuiſio-
12 nis, cum concordiam non habuiſſe effectum † con-
ſtet, tùm quia non probatur illius ratificatio ibi pro-
miſſa nomine Marci, Mariæ, Olindæ & Ludouicæ
quin potius Olinda & Ludouica ceſſerunt eorum jura
Franciſco Ioſué reo conuento, tum etiam quia poſtea
prædium fuit vt ſupra aſſignatum alio titulo Petro
Auguſtino nomine proprio quod quia alias fieri vali-
de non potuiſſet arguit concordiæ præcedentis inef-
fectuationem *Put. deciſ. 298. in fin. lib. 3. in correctis, Rot.
dec. 706. num. 18. par. 3. recent. facit dec. 257. ſub 48. verſ.
vnum tamen coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & fuit dictum
in Peruſina beneficij 4. Iulij 1608. coram bon. mem. Penia,*
13 & aduerſario allegantí concordiam † incumbit onus
probandi quod fuerit effectuata quia cum ſit facti
non præſumitur, *Caputaq. dec. 11. nu. 5. par. 1. ex text. in
l. in bello §. factæ ff. capt. & poſtlim. reuerſ. Rot. in dicta
Peruſina Beneficij coram Penia.*

Deficit etiam probatio alterius extremi nempè,
quod Scipio impoſitor cenſus ſeu Fauſtina quæ fide-
juſſit poſſederint prædium de quo agitur, quia teſtes
14 ad id inducti non concludunt identitatem † cum de-
ponant ſolum de confinibus genericis non autem de
ſpecificis & non aptis conuenire aliis bonis vt requi-
ritur *Bart. in l. demonſtratio num. 15. in fin. ff. cond. & de-
monſtr. Bald. in d. l. hac conſultiſſima numer. 5. in fin. C. qui
teſtam facer. poſſ. Seraph. dec. 1137. nu. 1. & 2. ſa. me. Greg.
XV. dec. 455. n. 10. Caualer. dec. 578. n. 1.*

Tandem competit poſſeſſori retentio pro credito
anteriori ſcut. 1200. promiſſorum per Fauſtinam Lu-
cretiæ filiam de anno 1615. & pro quibus de anno
1625. fuit contra eamdem Fauſtinam & hæredes Sci-
pionis impoſitoris cenſus relaxatum mandatum ab
Eminentiſſimo Domino Cardinali Bichio meo
fratre tunc A. C. locum tenente ad inſtantiam ipſius
Lucretiæ, cujus filiæ ceſſerunt deinde jura dicti
crediti Franciſco reo conuento. Nec dubitari poteſt
quin exceptio crediti anterioris repellat creditorem
poſteriorem agentem ex vtili Saluiano interdicto, *l. 2.
ff. qui pot. in pign. habean. Mant. dec. 69. num. 1. Rot. deciſ.
74. num. 14. dec. 176. nu. 6. apud Pacif. de Saluian. & alias
ſapiſſimè.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## CALARITANA CAPELLÆ.

*Mercur. 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Manutentio danda eſt patrono in quaſi poſſeſſio-
ne præſentandi Capellanum probata poſſeſſione per
actus poſſeſſorios, nonniſi à veris patronis fieri ſolitos.
Manutentio etiam in gradu appellationis, vel reſtitu-
tionis in integrum dari poteſt.

### SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur per teſtes, quam-
uis non reddant cauſam ſcientiæ, quia illa cadit ſub
ſenſum corporis nempe viſus.*

2 *Item probatur ex reidificatione Eccleſiæ dirutæ.
Patrono propriè conuenit reidificatio Eccleſiæ dirutæ
ibidem.*

3 *Item probatur quaſi poſſeſſio præſentandi ex ſubmini-
ſtratione neceſſariorum pro manutentione Eccleſiæ,
quia Patrono licet defendere, prouidere, & conſu-
lere Eccleſiæ.*

4 *Poſſeſſionis præſumptio reſultat ex ſupportatione one-
rum.*

5 *Poſſeſſio probatur ex actibus, qui non niſi à poſſeſſori-
bus expediri ſolent.*

6 *Epiſcopus an poſſit vendere Capellam in præiudicium
patronorum, non ſeruata forma Extrauagantis
ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienand.*

7 *In ſummariiſſimo poſſeſſorio ſufficit docere de poſſeſſio-
ne abſque alia diſcuſſione tituli.*

8 *Sententia per appellationem ſuſpenſa nec dominium,
nec poſſeſſionem in alium transfert.*

9 *Manutentio datur etiam in gradu appellationis, vel
reſtitutionis in integrum.*

### DECISIO CXLV.

DAndam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſio-
ne Iuriſpatronatus Cappellæ S. Sebaſtiani loci
Bittij Saluatori & aliis de Gaſolis Domini dixerunt.

Quia de eadem quaſi poſſeſſione deponunt plures
1 teſtes, † quibus illa probatur, quamuis non reddant
cauſam ſcientiæ, quia cadit ſub ſenſum corporis
nempe viſus *Salyc. in l. ſola ſub num. 3. C. teſtib. innoc. in
cap. cum cauſam nu. 3. eod. tit. & ibid. Butr. nu. 18. Henr.
Boych. n. 11. Caſ. de Graſſ. dec. 14. num. 3. & 4. eod. tit. Rot.
dec. 307. nu. 6. par. 1. recen.*

Eo magis accedentibus aliis teſtibus qui teſtantur
2 tum de reidificatione Eccleſiæ non ſemel facta † à
dictis de Gaſolis, quæ reidificatio Eccleſiæ penitus
dirutæ conuenit propriè patronis quatenus ipſi reidi-
ficare velint *Lambert. de Iurepatr. lib. 3. art. 3. qu. 7. ſub
num. 6. & 7. in fin.* & per eam poſſeſſio acquiritur *vt in
prox. term. Rot. dec. 222. n. 6. par. 1. diuerſ.*

Tum de cuſtodia regimine & gubernio eorumdem
de Gaſolis, quod ſcilicet neceſſaria pro Eccleſiæ ma-
3 nutentione ſubminiſtrarunt id † quod inſeruit pro ad-
miniculo poſſeſſionis, quia patrono licet defendere
& prouidere & conſulere Eccleſiæ *cap. filiis 16. quæſt. 7.
Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 1. art. 2. quæſt. 7. num. 12.
& 19. & lib. 3. quæſt. 223. art. 12. qu. 2. num. 1.* & ex ſuppor-
4 tatione onerum † vtique reſultat præſumptio poſſeſ-
ſionis, *Bald. in l. 3. n. 9. Cod. natur. lib. Socc. conſ. 18. ſub n.
12. verſ. ſecundo & maximè lib. 2. Menoc. de retin. rem. 1.
nu. 581. Pacif. de Salu. inſp. 1. cap. 6. nu. 31.* imò ex actibus
5 qui non niſi † à poſſeſſore expediri ſolent probatur
poſſeſſio *l. Titia ff. ſolut. l. 2. ff. acquir. poſſ. Buratt. deciſ.
730. num. 4.*

Non obſtat venditio hujus Cappellæ facta ab Ar-
chiepiſcopo, quia hoc requirit petitorium in quo vi-
6 dendum erit an Archiepiſcopus † potuerit vendere
in præjudicium patronorum & non ſeruata forma *Ex-
trauag. ambitioſæ de reb. Eccl. non alienan.* quam ſeruari
debere tradit in prox. term. *Lotther. de re benef. lib. 2.
quæſt. 4. nu. 11.* & interim manutenendi ſunt poſſeſſores
qui ſe non habuerunt pro ſpoliatis, & quibus in h c
7 ſummariiſſimo judicio ſufficeret † docere de poſſeſ-
ſione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ſione abſque alia diſcuſſione tituli *Rot. deciſ.698.nu.3. par.2.recen.dec.242. num.16. inter impreſſ. poſt Cinc. de cenſ.dec.323.nu.2.coram ſa.me. Greg. XV. dec.112.nu.8. poſt tract. Modern. Peruſ. de manut.*

Tandem non obſtant ſententiæ de partibus, quia
8 cum ſint ſuſpenſæ † per appellationem, neque dominium, neque poſſeſſionem in alium tranſtulerunt, *l. ſciendum §. pen. ff. qui ſatiſd. cogantur*, & manutentio
9 datur etiam † in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum *Gratian. diſcept.796.nu.42.diſc.871.nu.14. diſc.948.nu.11. Seraph.dec.1463.nu.1. Mantic.dec.272. num.5. & 6. ſan.me. Greg. XV. dec.458.num.8. Buratt. dec.823.nu.8.*

Et ità deciſum vna tantum parte informante, altera tamen toties citata.

## VICEN. PAROCHIALIS DE BESORA.

*Merc. 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Immiſſio datur ſubrogato gratioſe, probatis ſoliti requiſitis. Vnio ad excludendam reſeruationem eſt plenè, & concludenter probanda, præſertim quando conſtat de vltimo ſtatu collatiuo, qui vnioni repugnat. Via executiua competit gratioſe ſubrogato etiam contra prouiſum Apoſtolicum, quia vt exparitate tituli excludatur via executiua non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formæ & ſpeciei, hoc eſt quod prouiſus Apoſtolicus habeat cõſimilem ſubrogationem gratioſam.

### SVMMARIVM.

1 *Subrogato non eſt deneganda immiſſio iuſtificatis ſolitis requiſitis, nempe Clericatu impetrantis, obitu defuncti in poſſeſſione, ac reſeruatione.*

2 *Clericatus probatur ex teſtibus deponentibus ſe vidiſſe aliquem celebrare ſacrum, quæ eſt optima ratio ad illum probandum.*

3 *Item probatur ex approbatione Ordinarij ad curam animarum, ex qua reſultat præſumptio Clericatus, quia non cadit niſi ſuper perſona Clerici.*

4 *Obitus defuncti in poſſeſſione beneficij probatur ex teſtibus.*

5 *Reſeruatio beneficij remanet clara, ſi conſtat beneficium vacaſſe de menſe Ianuarij, qui ex regula 8. hodie 9. Cancellariæ eſt reſeruatus.*

6 *Vacatio Beneficij in menſe reſeruato probatur tam ex teſtibus, quam ex confeſſione Aduerſarij in ſua prouiſione, quæ contra ipſum plenè probat.*

7 *Vacatio non cadit in vnitis.*

8 *Reſeruatoria menſium locum non habet in beneficiis vnitis.*

9 *Vnio ad excludendam reſeruationem eſt plenè & concludenter probanda.*

10 *Status vltimus collatiuus vnioni repugnat.*

11 *Contra prouiſum Apoſtolicum via ordinaria agendum eſt.*

12 *Declara concluſionem non procedere contra gratioſè ſubrogatum petentem immiſſionem, nam ad hunc effectum vt ex paritate tituli excludatur via executiua non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formæ hoc eſt quod prouiſus habeat ſimilem ſubrogationem gratioſam.*

13 *Gratia conditionalis ante purificationem conditionis non eſt attendenda, præſertim quando conditio eſt appoſita in ipſo decreto, & num.16.*

14 *Contradictor legitimus, vt quis efficiatur ſufficit ſummaria, & apparens probatio tituli; quicquid ſit quando agitur de illius canonizatione, ſeu executione, tunc enim requiritur, quod titulus ſit purus vel purificatus.*

15 *Conditio donec pendet nihil ponet in eſſe.*

### DECISIO CXLVI.

CEnſuit Rota dandam eſſe immiſſionem Damiano Perez vigore ſubrogationis gratioſæ in jus & poſſeſſionem Iacobi Primi, per cujus obitum ſecutum de menſe Ianuarij 1640. vacauit Eccleſia Parochialis Sancti Quirici loci de Beſora de qua agitur cum ſint
1 juſtificata † Clericatus impetrantis, poſſeſſio defuncti de tempore mortis & reſeruatio, quæ ſunt ad hunc effectum requiſita, *Seraphin. deciſ.1426. nu.1. Caualer. dec.950.nu.1.dec.559.nu.1.Rot.dec.197.nu.1.par.2.recen. dec.225.n.17.par.6.dec.352.n.1.part.7.*

De Clericatu ſiquidem Damiani deponunt plu-
2 res teſtes † & ſignanter primus & quartus viderunt eum celebrare ſacrum, quæ eſt optima ratio probandi Clericatum *Rot.dec.140.ſub nu.3.par.1.recent.* & ac-
3 cidit approbatio Ordinarij ad curam animarum † ex qua elici præſumptionem Clericatus, quia non cadit niſi ſuper perſona Clerici fuit dictum in *Vrbinaten. Beneficij 20. Decembris 1624. coram bo.me. Merlino.*

Quod Iacobus prædeceſſor obierit in poſſeſſione
4 hujus Parochialis habetur ex quatuor teſtibus. Re-
5 ſeruatio demum eſt clara, quia † beneficium vacaſſe de menſe Ianuarij, qui ex regula Cancellariæ 8. ho-
6 die 6. eſt reſeruatus, conſtat tam ex teſtibus, † quam ex confeſſione, quæ contra ipſum plenè probat, *Cocc. dec.145.n.1.Rot.dec.715.n.3.par.1.dec.309.n.1.par.2. dec. 236.nu.2.par.7.recent.*

Non obſtat, quod hæc Parochialis fuerit olim vni-
7 ta Archipreſbyteratui S. Ioannis, in vnitis † autem ſicuti non cadit vacatio, ita nec intrat regula reſerua-
8 toria † menſium *Rot.dec.419.nu.2.coram ſan.me. Greg. XV. Gonzal. ſuper regul.8.gloſſ.5.§.7. nu.1. & n.25.* quia non probatur vnio plenè, & concludenter vt debet
9 † ad excludendam reſeruationem, vt fuit *deciſum in Vicen. Cappellaniæ maioris 7. Nouembris 1639. coram bo. me. Pirouano, & in Celſonem. Parochialis 17. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo Peutingero;* imò contrarium
10 apparet ex vltimo ſtatu collatiuo, † qui repugnat vnioni, & attenditur in his terminis *Lotther. de re benef. lib.1. qu.28.n.104. Rot. coram ſa.me. Gregor. XV. dec. 77.n.3. & 9. dec.112.n.2.*

Tandem non obſtat, quod contra Benedictum, qui
11 habet prouiſionem Apoſtolicam non † poſſit agi via executiua, ſed ordinaria agendum ſit. Quia vt ex
12 paritate tituli excludatur via executiua † non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formæ & ſpeciei vnde neceſſe eſſet, quod reus conuentus haberet ſimilem ſubrogationem gratioſam, *Lotther. de re benef. lib.3. qu.13.nu.75. Mant. dec.71.nu.7. Rot.dec.34.n.10.par.5.recent.dec.50.ſub nu. 8. inter impreſſ. poſt Viuian. de iurepatr. & in Ciuitaten. Beneficij 26. Martij 1632. coram bo.me. Motmanno.*

Et in caſu noſtro adeſt alia diſparitas ſubſtantialis, quia ſubrogatio Damiani eſt pura, prouiſio verò adverſarij eſt cõditionalis, *dũmodo videlicet Parochialis verè & Canonicè Archipreſbyteratui vnita ſit & non a-*
13 *lias*, ideoque eo minus † venit attendenda ante purificatam conditionem, quamuis enim vt quis ſit legi-
14 timus contradictor † ſufficiat ſummaria & apparens probatio tituli quicquid dicendum eſſet ſi ageretur de illius canonizatione, vel executione *Buratt. deciſ.122.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*nu.* 8. opportet tamen quod titulus ſit purus vel puri-
15 ficatus, quia conditio donec pendet † nihil ponit in eſſe *Lotther.d.lib.3.qu.13.n.76.& 77.* vbi declarat pro-
16 cedere quando conditio † eſt appoſita in ipſo decreto *Rot.in Lucana Maiuſculatus 7.Iunij 1585. coram bo.me. Orano impreſſ.apud Marcheſ.tom.1.fol.471.num.4.& in Tiraſonen. Cappellania 33.Martij & 7.Aprilis 1606.corem Eminentiſſ.D.Card.Io.Baptiſta Pamphilio §.nec potuit in fin. & §.ſeq. relat. à Modern. Bononien. de legit. contradict.qu.15.nu.23. & 24.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, alia tamen pluribus citationibus laceſſita.

## LEODIEN. PAROCHIALIS.

*Merc. 1. Iulij 1643.*

Argumentum deſume ex Summariis.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis ſufficit ad manutentionem obtinendam, non docto quod tempore captæ poſſeſſionis eſſet plena, & ab alio occupatam.*

2 *Procurator conſtitui poteſt etiam mediante epiſtola.*

3 *Manutentio eo magis danda eſt Beneficiato ſi vltra poſſeſſionem Inſtrumentalem, docet de titulo prouiſionis Apoſtolicæ, & mandato executoris litterarum Apoſtolicarum de immittendo in poſſeſſione.*

4 *In ſummariiſſimo poſſeſſorio non eſt neceſſaria exhibitio tituli, nec minus in beneficialibus.*

## DECISIO CXLVII.

MAndatum de manutenendo Rota cenſuit dandum eſſe Arnoldo in poſſeſſione rectoriæ Parochialis Eccleſiæ loci de Glendeux quia produxit plublicum Inſtrumentum poſſeſſionis, captæ organo
1 Ioannis ejus legitimi Procuratoris, quod ſufficit † ad obtinendam manutentionem non docto, quod tunc poſſeſſio eſſet plena ab alio, *l. prædia vbi not. omn. ff. acquir.poſſ. Put.dec.650.nu.4.lib.1.Caſar.de Graſſ.deciſ. 522.de cauſ.poſſeſſ.& propr.*

Et de mandato Procuræ Ioannis ſpeciali ad capiendam poſſeſſionem conſtat ex Epiſtola ſcripta ac
2 ſubſcripta manu ipſius Arnoldi, per quam † vtique potuit Procurator conſtitui, *l. 1. §. Procurator autem ff.procur.clem.1.eod.tit.l.1.in princ.ff.mand.l. cum §. Iulianus quoque, ff.Conſt.pec. Pariſ.conſ.47. num.14.lib.1. Caputaq.dec.397.nu.1.par.3.*

3 Accedente alterius titulo † prouiſionis Apoſtolicæ ad fauorem Arnoldi, & mandato executoris litterarum Apoſtolicarum, licet in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio neque in beneficialibus neceſſaria ſit exhibitio tituli, *Rot.dec.698.nu.3.par.2.recent.deciſ.242.num. 16. inter impreſſ.poſt Cinc.de cenſ.dec.323. num.2. coram ſa.me.Gregor. XV. dec.112. num. 2. poſt tract. Modern. Perus de manut.*

Et itá deciſum Arnoldo tantum informante, & pluries citato Natali aduerſario.

## LEODIEN. BENEFICII.

*Merc. 1. Iulij 1643.*

## ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur geſta poſt inhibitionem Rotalem, & appellationem interpoſitam, præſertim, ſi Iudex à quo appellationi detulit, & ſignatura cauſam appellationis ſimpliciter commiſit, quę commiſſio operatur vt omnia medio tempore geſta à die ſententiæ ſint attentata. Sequeſtrum de ſtylo Rotæ paſſim apponitur, conſtito de attentatis.

## SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem legitimè executam.*

2 *Attentata dicuntur geſta poſt appellationem interpoſitam.*

3 *Præſertim quando Iudex à quo appellationi detulit, & ſic tota Iuriſdictio ex tunc delata fuit ad Iudicem appellationis.*

4 *Signatura Iuſtitiæ ſi cauſam appellationis ſimpliciter commiſit, commiſſio implicitam habet declarationem, quod ſententia erat appellabilis, & retrotrahitur ad diem ſententiæ itaut quæ medio tempore geſta fuerunt ſint attentata; non ſecus ac ſi ab initio emanaſſet.*

5 *Attentare non dicitur collitigans, ſi capit poſſeſſionem extraiudicialiter à non collitigante.*

6 *Priuilegium ſeu Indultum ſa.me.Leonis X.conceſſum Archidiacono Leodien.fuit poſt modum reuocatum per Conſtitutionem ſan.mem.Pij V.*

7 *Tertius etiam attentat intrudendo ſe in poſſeſſione rei, de qua litigatur, & talis intruſio via attentatorum reuocanda.*

8 *Sequeſtrum ſemper conceditur, conſtito de attentatis iuxta ſtylum Rotæ.*

9 *Præſentatio facta à patrono habente Iuriſdictionem in loco beneficij, & in quo cadit præſumptio vſurpationis attendi non debet.*

10 Concil.Trid.ſeſſ.25.de reformat. cap.9. *procedit in quolibet habente perpetuam Iuriſdictionem.*

11 *Et locum habet tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*

## DECISIO CXLVIII.

POſt quam Lambertus de Gland vti præſentatus à Domicella Maria de Lauemfoſſe obtinuerat inſtitutionem ad beneficium de quo agitur ejuſque actualem poſſeſſionem cæperat.

Inſurrexit Henricus Petitia præſentatus à Seruatio Laſſerna, & moto Iudicio coram Ordinario reportauit ſententiam fauorabilem quam deinde in gradu appellationis confirmauit Iudex delegatus.

A cujus ſententia, licet ſtatim appellaſſet Lambertus, & Iudex appellationi detuliſſet; nihilominus Henricus præuia narratiua latis, & ſententiarum fauorabilium reportatarum ſupplicauit Archidiacono Leodienſi pro obtinenda deſeruitura beneficij, & fructuum perceptione, & obtinuit.

Lambertus verò proſequendo appellationem interpoſitam curauit cauſam appellationis committi in Rota, pro vt commiſſa fuit ſimpliciter, & ſucceſſiue inhibitionem Rotalem præſentari fecit aduerſario, qui habuit ſe pro intimato, ſed non ideò ab innouationibus in futurum abſtinuit.

Hinc ad inſtantiam Lamberti propoſui dubium an conſtet de attentatis quæ ſint reuocanda, itá vt Lambertus ſit manutenendus, & Rota reſpondit conſtare de attentatis, & appoſito ſequeſtro videatur de bono jure.

1 Attentata enim ſunt omnia geſta † poſt inhibitionem Rotalem legitimè executam *Acchill. deciſ.29.n.3. de appell.Put.dec.395.lib.2.Caputaq.dec.93.par.2. Rot. dec.74.nu.3.part.1. recent.* & etiam deſeruitura ac fru-
2 ctuum perceptio antea obtenta † ab Archidiacono Leodienſi poſt appellationem à Lamberto interpoſitam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*tam cap. non ſolum de appell. Lancell. de attent. par. 2.
cap. 12. in præfat. in fin. Rot. dec. 173. n. 3. dec. 598. n. 1. par. 1.
recent. dec. 102. n. 5. par. 5.*

3 Eo magis quia Iudex detulit appellationi, † & ſic
tota Iuriſdictio ex tunc delata fuit ad Iudicem appel-
lationis *cap. cum appellationibus §. ſi verò de appell. in 6.
Felin. in cap. qualiter, & quando il 1. num. 14. de accuſ.
Lancell. par. 2. cap. 12. lim. 1. num. 66. & ſeqq. Rot. dec. 562.
in fin. part. 2. recent.* nec non quia poſtmodum Signa-
4 tura † cauſam appellationis commiſit ſimpliciter,
quæ commiſſio cum habeat implicitam declaratio-
nem quod ſententia erat appellabilis retrotrahitur ad
diem ſententiæ; ità vt quæ medio tempore geſta fue-
runt ſint attentata non ſecus ac ſi ab initio emanaſſet
*Lancell. dicto cap. 12. ampl. 19. nu. 1. & fuit pluries deciſum
vt per add. ad Buratt. dec. 902. n. 6. & in Leodien. bene-
ficij 4. Iulij 1642. coram me.*

Nec obſtat quod Archidiaconus Leodienſis non
5 eſſet in cauſa, & collitigans † accipiens poſſeſſionem
extrajudicialiter à non collitigante non attentet *Lan-
cell. de attent. par. 1. cap. 3. num. 55. & ſeqq. Rot. deciſ. 342.
num. 5. par. 1. recent.* Quia Archidiaconus non poſſide-
bat, nec potuit ſe intrudere in perceptione fructuum,
aut in concedendo deſeruitura beneficij cum priui-
6 legium ſan. mem. Leonis X. cui innititur † fuerit
reuocatum per Conſtitutionem ſan. mem. Pij V. vt
fuit deciſum in *Leodien. Parochialis 4. Martij 1613. co-
ram Eminentiſſimo D. Cardinali Io. Baptiſta Pamfilio
Leodien. Parochialis 13. Ianuarij 1631. coram bon. mem.
Cocc. & in dicta Leodien. beneficij 4. Iulij 1642. coram
7 me,* & etiam tertius attentat † intrudendo ſe in poſſeſ-
ſione rei de qua litigatur ac talis intruſio reuocanda
eſt via attentatorum *Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. nu.
69. Caſſad. dec. 9. num. 5. de cauſ. poſſ. & propr.*

8 Conſtito autem de attentatis † intrat ſequeſtrum
juxta ſtylum Rotæ de quo *Garz. de benef. par. 9. cap. 4.
nu. 22. & ſeqq. Caſſad. dec. 3. n. 6. de reſt. ſpoliat. Caputaq.
dec. 157. par. 3. Caſ. de Graſſ. dec. 2. n. 1. de appell. Rot. dec.
503. nu. 1. & 2. par. 1. recent.*

Et Domini quo ad ſecundam partem dubij man-
darunt, quod videatur de bono jure, quia Lambertus
nititur præſentationi factæ à Domicella, in qua pro-
9 pterea cadit † præſumptio vſurpationis *iuxt. diſpoſitio-
nem Sacr. Conc. Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* quod
10 procedit † in quolibet habente perpetuam Iuriſdi-
ctionem *Gonz. ſuper reg. 8. gl. 18. num. 66. verſ. ex his per-
ſonis Caputaq. 128. nu. 1. par. 2. Rot. dec. 53. nu. 2. & 6. part.
11 1. recent.* & habet locum † tam in petitorio quam in
poſſeſſorio *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 198. & par. 5.
cap. 5. nu. 138. Barboſ. in collect. ad Conc. Trid. dicta ſeſſ. 25.
cap. 9. nu. 1. in fin. & nu. 39. Rot. dec. 421. nu. 1. dec. 756. n. 3.
par. 2. recent.*

Et ità deciſum Lamberto tantum informante ad-
uerſario tamen pluries citato.

## FLORENTINA HORTI.

*Mercurij 1. Iulij 1643.*

### ARGVMENTVM.

Sententia in Iudicatum tranſacta poteſt ex cauſa executioni demandari ſuper alia re, quam petita, ſi ſuper re petita fieri nequit executio, ſaltim donec fiat reſtitutio rei petitæ, nam in Iudicio reiuenditionis reus dum habet facultatem reſtituendi poteſt præciſe cogi rem ipſam reſtituere etiam captis pignoribus. Iuramentum in litem datur actori pro æſtimatione, & quantitate, pro qua eſt facienda executio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia in judicatum tranſacta habet executionem paratam.*

2 *Ac parit actionem perſonalem judicati vel in factum, quia conſenſus litigatorum in Iudicium importat quaſi contractum, & obligationem parendi indicato.*

3 *Amplia etiamſi ſententia lata fuerit in actione reali.*

4 *Sententia continens mandatum de immittendo, & amouendo reſpectiue continet etiam relaxationem mandati pro reſtitutione rei, quia reſtitutio venit ex natura rei vendicationis.*

5 *Sententia quando executioni mitti non poteſt ſuper re petita, tunc poteſt fieri executio ſuper alia re quam petita præuia ſummaria cognitione.*

6 *Saltim donec fiat reſtitutio rei petitæ.*

7 *Reus in Iudicio rei vendicationis, dum habet reſtituendi facultatem poteſt præciſe cogi rem ipſam reſtituere.*

8 *Amplia etiam capitis pignoribus, vt ſit contra non parentes ſententia Iudicis aliquid fieri præcipienti.*

9 *Iuramentum in litem etiam affectionis datur actori, vt ſolet, quando reus poteſt ad aliquid præciſe compelli, & redditur ratio nu. 10.*

11 *Iuramentum in litem datur in Iudicio rei vendicationis pro executione iudicati.*

12 *Reus non debet ex propria mora, & culpa melioris fieri conditionis.*

13 *Cauſa exequendi ſuper alia re quam petita eſt, ſi res petita reperitur in loco vbi difficile eſt faciendi executionem.*

14 *Notoria ſufficit quod allegentur abſque alia probatione.*

15 *Executio ſuper alia re quam petita ſi fieri prætenditur tunc non eſt neceſſaria noua litis conteſtatio, ſed ſolum qualis qualis petitio, quæ ſatis eſt quando petitur executio ſententiæ coram eodem Iudice, vel quando proceditur ſummarie, & n. 16.*

*Litis conteſtatio neceſſaria non eſt vbi ſummarie proceditur, ſed qualiſcunque petitio ſufficit ibidem num. 16.*

## DECISIO CXLIX.

SEntentiam Rotalem, qua pronunciatum fuit Hor-
tum de quo agitur ſpectare ad Petrum Ioannem
de Cambiis, Rota cenſuit exequendam eſſe ſuper
bonis ſtabilibus Bernardi rei conuenti in agro Ro-
mano.
1 Habet enim ſententia in judicatum tranſacta † exe-
quutionem paratam, *l. poſt rem iudicatam ff. de re
iudic. Neuizz. conſ. 4. nu. 9. & 11. Aſin. in prax. §. 7. lim. 5.
2 num. 2. cap. 2.* paritque actionem perſonalem † judi-
cati vel in factum, quia conſenſus litigatorum in ju-
dicium importat quaſi contractum, & obligationem
parendi judicato *l. actori 8. Cod. de reb. cred. l. 3. §. idem
ſcribit ff. de pecul. & ibi Bart. numer. 1. & 7. in fin. Ang.
in fin. Salic. ad med. verſ. nec obſtat Barz. deciſ. 23. num.
3 17.* etiam ſi ſententia † lata fuerit vt in caſu noſtro in
actione reali *l. miles §. fin. ff. de re iud. & ibi Cuman.
numer. 2. poſt med. Alexan. num. 9. in fin. Iaſ. nu. 7. verſ.
contrariam opinionem gloſ. vlt. in l. nam, & poſtea §. fin.
de Iure iur.*

Et cum ſententia declaret Hortum ſpectare ad Pe-
trum Ioannem, & aduerſarium ab ejus occupatione

4 amouendum eſſe, ac mandatum de immittendo, † & amouendo reſpectiuè, & aliud quodcumque neceſſarium relaxet continet etiam relaxationem mandati pro reſtitutione Horti, quia reſtitutio venit ex natura reiuendicationis *l. officium 9. ibi, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere ff. rei vendic. & ibi Bart. nu. 4. ex glo. in l. Pomponius §. ſi is qui precario ff. acq. poſſ. verb. item an hic Fab. de error. pragm. par. 1. dec. 18. err. 4. n. 3. & 9.*

5 Quod quia exequutioni mitti non poteſt † ſuper ipſo Horto exequenda venit ſuper bonis ad aduerſario poſſeſſis in Agro Romano. Nam ex cauſa fieri poteſt executio in alia re, quam petita præuia ſummaria talis cauſæ cognitione *Ang. in l. 1. num. 28. C. de iudic. Rom. conſ. 270. nu. 4. ex tex in l. qui reſtituere ff. rei vendic.* vbi, quod fieri poteſt executio in ejuſdem rei

6 extimatione ſaltem donec fiat † reſtitutio rei petitæ *ad text. in l. 1. & tot. tit. ff. vt in poſſ. legat. ſeu fideic. Rot. in Romana Cenſus 14. Iunij 1636. coram bon. me. Pirouano impreſſ. part. 7. rec. dec. ſ. 150. n. 20.*

7 Cumque reus in judicio rei vendicationis † dum habet reſtituendi facultatem, rem ipſam reſtituere, poſſit præcisè cogi *Bart. in l. ſtipulationes non diuid. nu. 38. ff. verb. obligat. Curt. iun. in terminis condemnati per ſententiam Iudicis in l. in actionibus ſub nu. 22. verſ. vel etiam ex Iudicis ſententia ff. in lit. iuran. adden. ad Alex.*

8 *conſ. 214. litt. I. lib. 7.* etiam captis pignoribus † vt fit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti *Vinc. de Franc. deciſ. 310. n. 1. quem ſequitur Facchin. conſ. 63. nu. 1. lib. 3.*

Executio facienda eſt pro extimatione, & quanti-

9 tate quam jurauerit actor, † cui defertur juramentum in litem etiam affectionis, vt ſolet quando reus poteſt præcisè compelli *Curt. in punct. in dicta l. in actionibus ſub nu. 22. Helfric. Hunn. in tract. de rer. extim. quæſt. 7.*

10 *in princ. vbi dicit rationem,* † quia niſi in hoc Iudicio permitteretur Domino jure jurando in litem rei ſuæ pro ſuo arbitrio prætium ſtatuere, cogeretur inuitus re ſua carere, aut juſto prætio illam vendere contra id quod ad litteram *diſponitur in l. ſi Tutor. ff. de in lit. iuran. & in l. non enim ff. act. rer. amot.* & quo pro exe-

11 qutione judicati, in Iudicio rei vendicationis detur Iuramentum in lite notat *Fab. de error. pragmat. part. 1. deciſ. 17. error. 6. num. 6.* eo magis in caſu noſtro quo Rota declarauit actorem non eſſe cogendum ad recipiendum prætium Horti, provt condemnauerat ſententia D. Nuncij Florentiæ ſi enim executio fieret ſolum pro juſto prætio, hoc eſſet exequi dictam ſententiam, quam Rota reuocauit, & aduerſarius ex propria

12 mora, † & culpa melioris fieret conditionis vt bene ad propoſitum aduertit *Fab. d. deciſ. 17. error. 6. ſub n. 11. verſ. nec vnquam.*

13 Cauſa autem exequendi † in alia re quam petita in caſu noſtro eſt patens, quia Hortus ſitus eſt in Ciuitate Florentiæ, vbi ſimiles exequutiones fieri difficile eſt *vt dixit Rota deciſ. 14 ſub num. 3. par. 2. recent.* & impoſſibile hiſce temporibus bellorum, quæ cum ſint

14 notoria † ſufficit quod allegentur abſque alia probatione *gloſ. in clem. appellanti verbo alias de appell. Fel. in c. cum ordinem nu. 11. & ſeq. de reſcr. Dec. conſ. 356. n. 4. verſic. 2. reſpondetur Afflict. deciſ. 50. num. 5. Surd. deciſ. 259. nu. 14.*

Neque pro hujuſmodi executione obtinenda opus

15 fuit noua conteſtatione litis, ſed ſolum quali quali petitione, quæ ſatis eſt quando petitur executio ſententiæ coram eodem Iudice *Felin. in cap. 1. num. 7. in 5. fallen. de lit. conteſt. vbi Soce. nu. 41. Alex. in l. intra dies nu. 4. ff. rei iudic. Aſin. in prax. §. 4. cap. 3. num. 1. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 9. num. 6. Gratian. diſc. 66. num. 24.* Vel

16 quando proceditur ſummarie *Clem. ſepè de verb. ſignif. Abb. in cap. fin. nu. 10. de off. Iud. Marant. in prax. par. 4. diſt. 9. nu. 20. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 2. nu. 5.*

Et ità deciſum vna tantum parte informante, quia alias pluries citata non comparuit, &c.

## FIRMANA PENSIONIS.

*Merc. 1. Iulij 1643.*

## ARGVMENTVM.

Remiſſoria calumnioſe petita denegatur, & ex quibus calumnia conuincatur?

## SVMMARIVM.

1 *Calumnia in petenda remiſſoria licet ceſſet ſi illam petens obtinuit ſententiam contra ſe nihilominus ſi dicta ſententia fuit reuocata, & neceſſariæ erant nouæ probationes, & tamen non fuerunt procuratæ adhuc viget illius ſuſpicio.*

2 *Calumnia petentis remiſſoriam ſatis conuincitur, ſi illa petatur in vltimis inſtantiis, & poſt ſeruatos terminos, & exequutas citationes ad ſententiam, maximè ſi remiſſoria fuit alias obtenta, non tamen expedita.*

3 *Remiſſoria calumnioſe petita dicitur ſi illam petens non curauit aliam præcedenter obtentam expedire. Item calumnia conuincitur, ſi remiſſoria petatur ad differendam cauſæ expeditionem ibid.*

4 *Remiſſoria peti poteſt in gradu reſtitutionis in integrum.*

5 *Remiſſoria denegata in gradu reſtitutionis in integrum amplius peti non poteſt poſt rem iudicatam.*

6 *Calumniæ præſumptio augetur ſi remiſſoria petatur poſt quam dicta teſtium fuerunt didicita, & plenè diſcuſſa, at emanauit deciſio Rotalis.*

7 *Calumnia petentis remiſſoriam ex pluribus cauſis à Iudice deduci ſolet.*

8 *Remiſſoria datur etiam poſt didicita teſtificata ſuper articulis diuerſis, & quando concurrit fauor Eccleſiæ, & nu. 9.*

10 *Item quando tendit ad probandum maiorem vel minorem valorem.*

11 *Remiſſoria non datur poſt didicita teſtificata quando vltra publicationem teſtium concurrit etiam eorum diſcuſſio, & alia conſiderantur, quæ calumniam conuincunt.*

12 *Calumniæ vehemens ſuſpicio in quacunque materia ſufficit, vt denegetur remiſſoria etiam ſuper artilis releuantibus.*

13 *Amplia quamvis illa petatur ab Eccleſia, & tendat ad probationem maioris vel minoris valoris.*

14 *Examen ſecundum non eſt neceſſarium ſi Teſtes examinati in primo examine concludunt in dicto, quo caſu ſecundum cenſetur calumnioſe affectatum.*

15 *Remiſſoria datur pro faciendo ſecundo examine quando primum examen eſt nullum ex defectu citationis.*

16 *Amplia quamvis altera pars nullitati examinis renunciauerit.*

17 *Declara ampliationem non procedere quando conjecturæ calumniam ſuadentes concurrunt, nec renunciatio nullitatis examinis emanauit ad inſtantiam actoris.*

18 *Actor cogendo reum, vt mediante Iudicis decreto declaret examen teſtium validum, ſequuta declaratione amittit facultatem conuolandi ad aliud remedium noui examinis.*

19 *Remiſſoria*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

19 *Remiſſoria ſi petatur ad probandum valorem beneficij, tunc articuli continere debent omnes redditus dicti Beneficij.*

## DECISIO CL.

PLacuit Dominis deciſio edita 12. Maij 1642. eiuſque fundamenta pro denegatione remiſſoriæ. Si-
1 quidem vehemens ſuſpicio calumniæ reſultans † ex
diuturnitate temporis quo lis acta fuit coram diuerſis Iudicibus, & in pluribus iſtantiis nuſquam pro parte Plebani procurata remiſſoria, non eliditur ex quo prima ſententia emanauerit ad fauorem Plebani, quia reuocata deinde fuit per tres alias conformes, quarum prima ſatis erat vt Plebanus agnoſceret ſe egere aliis probationibus nec tamen integro ferè biennio quo litigatum fuit in tertia inſtantia remiſſoriam petiit, imo nec in quarta iſtantia niſi poſt ſerua-
2 tos terminos ſubſtantiales, & plures citationes ad
ſententiam, & licet tunc remiſſoriam obtinuerit non tamen expediri curauit prout ſuis ſumptibus curare debebat *Io. And. in add. ad ſpecul. ſub rub. qualiter ſunt teſt. produc. num. 12. verſ. quoniam Caualer. deciſ. 254. num. 3.* & commodè poterat, quia Iudex per bimeſtre, & amplius diſtulit ferre ſententiam, quæ mora in ex-
3 pedienda remiſſoria † ſemel obtenta magis demon-
ſtrat petentis calumniam *ad tex. in l. non ignoret, & ibi gloſſ. verbo pro calumnia Cod. fruct. & lit. expen. & in cap. exceptionem cum gloſſ. verbo qui ſi eam omiſerit ibi propter dolum ſuum de except. Bald. ibid. num. 1. Felin. in cap. ſignificantibus numer. 25. in fin. de libell. oblat.*

Iuncto maximè quod in aliis inſtantiis præcedentibus neque in ſubſequenti quinta inſtantia in gradu reſtitutionis in integrum remiſſoria petita fuit, ſignum euidens quod petitio in quarta inſtantia tendebat ſolum ad differendam expeditionem cauſæ tunc imminentem, & ſic calumnioſè *Rot. deciſ. 356. in fin. coram ſa. mem Greg. XV. deciſ. 322. part. 3. diuerſ. deciſ. 111. num. 7. part. 6. recent.* alioquin enim Plebanus haud neglexiſſet ſucceſſiue in gradu reſtitutionis in integrum vt reſtitutionis cauſas coadiuuaret quin potius ſollicitaſſet celerius conceſſionem remiſſoriæ quam pote-
4 rat † quidem obtinere coram eo Iudice *Caualer. deciſ.*
*170. num. 2. deciſ. 425. num. 3. Burat deciſ. 555. num. 4.* ſed ſi
5 tunc ſuccubuiſſet † ſperare amplius non poterat poſt
rem Iudicatam *Caputaq. deciſ. 51. part. 3. Caualer. deciſ. 208. num. 1. deciſ. 250. num. 3. Rot. inter. recent. deciſ. 406. num. 2. in fin. part. 2. deciſ. 125. num. 10. part. 5. deciſ. 217. num. 2. part. 7.*

Sed præterea neque in ſexta inſtantia petita fuit
6 remiſſoria, niſi poſtquam dicta teſtium † examina-
torum pro Penſionatio fuerant didicita, & plenè diſcuſſa, ac deſuper emanauerat deciſio Rotalis id quod auget præſumptionem calumniæ *Rot. deciſ. 41. ſub num. 35. & num. 36. par. 7. recent.* quæ vltrò incaleſcit, quia Plebanus non contentus diù ac per ſex inſtantias defatigaſſe penſionarium in Iudicio Ciuili excitauit etiam criminale, in quo viginti duos teſtes examinauit, ſed etiam ibi ſuccubuit: ex quibus omnibus ſimul iunctis accedente etiam quod duo præſertim teſtes penſionarij ſpecificè ac diſtinctim deponunt de valore Plebaniæ quodquè illa in præteritum maiori penſione grauata fuerat, & poſtea redditus aucti fuerunt ob recuperationem cuiuſdam prati, conuin-
7 citur vehementiſſima Plebani calumnia † quam Iu-
dex ex pluribus cauſis deducere ſolet *Caſſad. deciſ. 3. in fin. de dilat. Mant. deciſ. 312. num. 10. Rot. deciſ. 575. numer. 3. part. 5. recent. deciſione 41. numer. 34. part. 7. recent. & in aliis allegat. in adnot. ad deciſ. 606. num. 34. part. 5. recent.*

8 Non obſtat quod poſt didicita † teſtificata datur
remiſſoria tum ſuper articulis diuerſis *Greg XV. deciſ.*
9 *121. num. 3. Burat. deciſ. 163. num. 3.* tum fauore † Eccle-
ſiæ vt fuit dictum in *Vigleuanen. locationis 5. Maij 1596. coram bon. mem. Corduba, & in Seguntina mediæ annatæ 12. Iunij 1598. coram bon. mem. Litta*; tum ad proban-
10 dum † maiorem vel minorem valorem *Bart. in l. cum*
*furti num. 4. ff. in lit. iuran. Rot. d. deciſ. 41. num. 19. par. 7. recent.*

Nam in caſu noſtro vltra publicationem teſtium,
11 † concurrit etiam eorum diſcuſſio, & alia plura ſupra
enumerata argumenta calumniæ, cuius vehemens
12 ſuſpicio † in quacumquè materia ſufficit vt denegetur
remiſſoria etiam ſuper particulis releuantibus *Seraph. deciſ. 1460. numer. 1. Rota deciſ. 235. numer. 6. part. 5. recent. & in Anconitana Cenſus 26. Ianuarij 1635. coram*
13 *bon. mem. Merlino*; etiamſi † petatur ab Eccleſia ac
tendat ad probationem maioris vel minoris valoris vt in ſpecie declarat allegata *deciſione 41. numer. 20. iuncto num. 33. part. 7. recent.* in qua deciſione concurrebant ferè eadem quæ in præſenti, & ſub num. 4. quamuis articuli eſſent releuantes, & daretur fumus articulatorum, denegata nihilominus fuit remiſſoria attenta qualitate facti.

Vnde nil facit quod ex teſtibus examinatis ſine citatione partis ad inſtantiam Plebani detur fumus valoris articulati, eo minus quia ſunt iidemmet teſtes examinati in Iudicio criminali, qui ſi concludunt in
14 dicta † vt exaduerſo ſupponitur, Plebanus non eget
ſecundo examine, ſin minus calumnioſè illud affectat *Seuer. de remiſſ. cap. 6. num. 2. Bocc. eod. tract. cap. 3. num. 27. Rota. deciſ. 367. num. 2. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 235. num. 1. part. 5. recent. deciſ. 306. num. 6. & 7. part. 6.*

Et quatenus replicatur quod primum examen eſt
15 nullum † ex defectu citationis ideoque danda eſt re-
miſſoria vt fiat ſecundum *Rot. deciſ. 13. de teſtibus in nou. Caualer. deciſ. 425. num. 2.* quamuis penſionarius
16 nullitati examinis † renunciauerit *Put. deciſ. 236. lib. 1.*
*in correctis*, vbi quia examen factum erat nullum conceſſa fuit remiſſoria ſuper eiſdem materiis poſt publicationem teſtium non obſtante quod alia pars renunciaſſet exceptioni nullitatis ea ratione, quia per huiuſmodi renunciationem tolli non potuit ius iterum examinandi quæſitum actori ob nullitatem primi examinis, & poterit actor dicere ſi in primo examine non probaui probabo in ſecundo.

Facilis eſt reſponſio cũ caſus deciſionis Putei longè diſtet à noſtro, ibi enim neque concurrebant aliæ
17 coniecturæ Calumniæ, † neque renunciatio nullita-
tis ſeu declaratio habendi examen pro ritè facto emanauerat ad inſtantiam ipſius actoris, qui nimirum eligendo viam talis declarationis, & cogendo reum
18 † mediante iudicis decreto vt declaret examen vali-
dum, ſecuta hac declaratione amiſit facultatem conuolandi ad aliud remedium noui examinis iuxta *in l. quod in herede §. eligere ff. tribut. act. Dec. conſ. 146. n. 6. Maran. de Ord. Iudic. 6. part. tit. & producuntur ſcripturæ num. 31. & diſputat. 6. num. 3. & 24. Capic. deciſ. 119. numer. 6. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 255. num. 7. & in his terminis fuit denegata remiſſoria in Pacen. Collegij prima Iulij 1639. coram R. P. D. meo Royas.*

Accedit quod nec articuli ſunt releuantes cum non
19 fuerint articulatæ omnes terræ, † ac redditus Plebanię
vt ponderat *prima deciſio §. ſed præterea*; quæ tollit etiam obiectum prætenſarum expenſarum pro colligendis fructibus iterum à Plebano deductum, &



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

additur quo ad expenſam factoris non bene eius neceſſitatem elici ab exemplo Curij anteceſſoris, quia pars ipſa fatetur quod illæ vltra Plebaniam poſſidebat ſimplex beneficium aliaquè bona patrimonialia, & negotiabatur mutuando frumentum ideoquè non mirum ſi factore indigebat. Expenſa verò Cappellani eſto quod illi daretur ſalarium ſcutorum decem ac etiam medietas incertorum aſcendens ad ſcuta duodecim non releuat, cum adhuc ea deducta remaneat valor Plebaniæ in ſcutis vltra 200. vt patet ex deciſione emiſſa 10. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## BONONIEN. DOTIS.

*Lunæ 16. Nouembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Reſtitutio dotis facta ab hæredibus primi viri vxori, præſente, & conſentiente ſecundo viro, an cenſeatur ſecundo viro acquiſita, ſtante præſertim ſtatuto loci, quod dos data primo viro cedat in dotem ſecundi viri? dos à principio conſiſtens in pecunia vt poſſit transferri in fundum dotalem duo copulatiuè concurrere debent, nempè conſenſus coniugum quodque vtiliter fiat. Et ex quibus conſenſus excludatur? Solutum in cauſam fructuum vltra ſummam debitam minuit ipſo Iure creditum ſortis miniſterio legis, itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat. Diſtinctio inter vſuras fauorabiles, & odioſas quo caſu procedat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Interuſuria dotalia indebitè ſoluta, & quæ ſine labe vſurarum retineri non poſſunt reſtitui debent quamuis ſpontè, ac ſcienter fuerint ſoluta.*

2 *Maritus præſumitur percepiſſe fructus bonorum, quæ ſimul cum vxore poſſedit.*

3 *Res de conſenſu vtrinſque coniugis acquiſita ex pecunia dotali efficitur dotalis.*

4 *Statutum Terræ Centi* lib. 3. rubr. 15. *diſponit, quod dos data pro primo matrimonio cedat ipſo iure in dotem ſecundi viri, & in quem tranſeant abſque alia ceſſione omnes actiones competentes pro recuperatione dotis.*

5 *Secundus vir, cui vigore ſtatuti competit actio pro recuperatione dotis ab hæredibus primi viri, ita ſuccedere dicitur in dominio bonorum, quæ à debitoribus dotis tradita fuerunt.*

6 *Solutio rectè fit ei, cum quo contractus celebratus fuit, licet dominium ſpectet ad alium.*

7 *Dos reſtituta vxori ab hæredibus primi viri præſente, & conſentiente ſecundo viro eidem acquiſita dicitur, ex quo pro traditione dotis ei actio competebat.*

8 *Clauſula* ad habendum *præbet facultatem alienandi.*

9 *Fundus dotalis alienari nequit.*

10 *Clauſula* ad habendum *appoſita in Conſtitutione fundi dotalis intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet de alienatione vtili de conſenſu coniugum.*

11 *Dos ſi primo viro conſtituta fuit in pecunia eodem modo cenſetur conſtituta ſecundo, itaut repetitio dotis à primo in ſecundo matrimonio fiat cum eiſdem qualitatibus primæ conſtitutionis.*

12 *Dos conſiſtens in pecunia poteſt conſtante matrimonio transferri in fundum dotalem.*

13 *Declara hoc procedere quando duo copulatiuè concurrunt, nempè conſenſus coniugum, & quod vtiliter fiat.*

14 *Mulieri vtilius eſt habere dotem in pecunia, quam in fundo dotali, cum primo caſu habeat hypothecata omnia bona viri pro reſtitutione dotis.*

15 *Dos conſiſtens in pecunia numquam transfertur in fundum dotalem ſi deficit conſenſus viri, nec conſtat de traditione.*

16 *Dos non debet diuerſo Iure cenſeri.*

17 *Voluntatis declaratio adhuc colligitur ex actu nullo.*

18 *Secundus vir licet vigore ſtatuti actionem habeat pro recuperanda dote ab hæredibus primi viri, hoc procedit quatenus ſecundus vir, vti velit, ſecus autem eo inuito.*

19 *Præſentia ſecundi viri in reſtitutione dotis facta vxori ab hæredibus primi viri cenſetur adhibita ad maiorem cauthelam.*

20 *Inſtrumentum plenè probat.*

21 *Solutum in cauſam fructuum vltra ſummam debitam minuit ipſo iure creditum ſortis miniſterio legis, quæ ſic ſolutum imputat ſtatim in ſortem abſque alio facto hominis.*

22 *Solutum pro vſuris indebitis computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit.*

23 *Interuſuria ſoluta vltra id quod ſors principalis importabat in eam computantur.*

24 *Et fit imputatio in exceſſu ſingulis annis ipſo Iure, itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat.*

25 *Vſuræ ſiue ſint fauorabiles, ſiue odioſæ vel debeantur propter moram, aut ſine mora ſemper faciunt in ſortem imputari, quod vltra illarum debitum fuit ſolutum.*

26 *Compenſatio fit ipſo Iure etiam in dote ad euitandum curſum vſurarum dotalium.*

27 *Diſtinctio inter vſuras fauarabiles, & odioſas aſſertur à DD. quando agitur de inducenda ipſo Iure compenſatione crediti ex vna cauſa cum debito ex alia pariente vſuras ad euitandum curſum vſurarum.*

28 *Compenſare vnum creditum cum alio, & vſuras vltra earum debitum ſolutas in ſortem imputari ſunt termini longè diuerſi.*

29 *Creditum & debitum quando ex eodem contractu proueniunt potius dicitur calculus, quam compenſatio.*

30 *Maritus pro rata lucri dotalis tenetur ad funeris impenſas.*

31 *Valor monetæ calculari debet ſecundum tempus, in quo cadebat ſolutio, & effectualiter fuit ſoluta.*

## DECISIO CLI.

NVpſit Claudia primum, Paulo Carandino cum dote ſcutorum 2500. auri in auro, & poſt eius obitum Com. Aloyſio Pepulo, cui conſtante iam per aliquot annos matrimonio promiſit dotem ſcutorum 5000. continuoque dum vixit ſoluit interuſuria dotalia.

Ea verò prædefuncta, & ſic purificato lucro dotali ad fauorem Comitis, quod ex diſpoſitione ſtatuti terræ Centi aſcendit ad medietatem dotis, egit ipſe Comes, & deinde Palmerij illius hæredes pro d. lucri ſolutione contra Carandinos hæredes Claudiæ, qui viceuerſa petierunt condemnari actores ad reſtitutionem interuſuriorum dotalium indebitè exactorum

per

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

per Comitem,ſiquidem exegerat ille interuſuria pro tota dote ducatorum 5000. ſibi vt ſupra conſtante matrimonio promiſſa, cum tamen promiſſio eſſet nulla,& ſolutum dos ſcutorum 2500.auri ſoluta primo viro cenſeretur data ſecundo.

Aſſumpta itaque cognitione prætenſionum vtriuſque partis,fuit per ſententiam Rotalem coram bo. mem.Merlino,annulatum inſtrumentum promiſſionis dotis ducatorum 5000. declaratumque Dominos de Carandinis omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas per Comitem Aloyſium exactas excedentes ratam ſcutorum 2500. auri, quæ ſententia confirmata fuit in gradu appellationis coram Eminentiſſ.D.Cardinali Panzirolo,tunc noſtri ordinis Auditore.

Et cum ab hac ſecunda ſententia fuiſſet commiſſa cauſa appellationis R.P.D. meo Cariſſo, cum clauſula *non retardata ſolutione*,fuit propterea coram eodem D.Card.Panzirolo cæpta diſputatio ſuper liquidatione crediti,& propoſito deſuper particulari dubio reſolutum Carandinos remanere creditores in libris 7973. pro qua ſumma petentibus illis relaxari mandatum coram me in cauſa ſubrogato, Palmeriis autem inſtantibus pro noua audientia,repropoſui de ordine Rotæ idem dubium, & hodie Domini vltimam deciſionem confirmarunt moti, quia interuſu-
1 ria dotalia † qua indebitè per quindecim annos Claudia ſoluit Comiti ſecundo viro vltra ratam ſortis ſcutorum 2500. aurei verè debitam excedunt creditum lucri in ſummam librarum infradicendarum, quam Comitis hæredes ſine labe vſurarum retinere non poſſunt, & propterea reſtituere tenentur etiamſi ſponte ac ſcienter ſoluta fuiſſent, *Alex. conſil.* 80. *num.* 10.& *ſeq.lib.*3.*Riminal.Iun.conſ.*399.*nu.*71. *Surd. conſ.*327.*num.* 51. *Rot. deciſ.* 4. *num.*7. *inter.impreſſ.poſt Zacch.de ſociet.offic.& deciſ.*301.*num.*29.*part.*5.*recent.*

Huiuſmodi autem exceſſum duplici fundamento deducebant informantes pro Carandinis. Primo quia nullatenus interuſuria dotis deberentur Comiti ſecundo viro, eo quod de anno 1597. hæredes primi viri dotem reſtituerant Claudiæ iam ſecundo nuptæ in prædio nuncupato la Fioppa,in quod ex inde dos videbatur transfuſa,vt fuit firmatum in hac cauſa die 23.Ianuarij 1632.boram bon.mem.Merlino, eiuſdemque prædij fructus percepiſſe præſumitur Comes.
2 † quia vna cum vxore poſſedit,*Seraph.deciſ.*1245. *nu.*6.*Rota inter rec.deciſ.*269.*num.*2.*par.*1.& *coram ſa.me. Greg.XV.deciſ.*4.*num.*2.

Sed in hoc Domini non fuerunt concordes aliquibus enim ponderando quod prædium ab hæredibus primi viri datum fuit in ſolutum Claudiæ præſente,& conſentiente Comite arridebat opinio, quod dos prius conſiſtens in quantitate tranſiiſſet in prædium,illudque ex tunc effectum fuiſſet fundus dota-
3 lis,† quia res de conſenſu vtriuſque coniugis acquiſita ex pecunia dotali efficitur dotalis,*l.vſque ex dotali ff.iur.dot. Alex.conſ.*49.*n.*7.*lib.*3.*Mant.de tacit.lib.*12. *tit.*27.*n.*5.*Giurb.ad conſuet.Meſſan.c.*14.*gl.*1.*par.*1.*n.*8. *& ſeq.Caualer.deciſ.*39.*n.*4.

Maximè cum ex diſpoſitione *Statuti Terræ Centi*, vbi celebratum fuit matrimonium,*lib.*3.*rubr.* 15. dos data pro primo matrimonio ceſſerit ipſo iure in do-
4 tem ſecundi viri, & in eum tranſierint abſque alia ceſſione omnes actiones competentes pro recuperatione dotis contra hæredes primi viri,ſicuti enim ſe-
5 cundus vir ſucceſſit in hiſce actionibus, † ita & in dominio prædij,quod earum vigore traditum fuit à debitoribus dotis *ad text.in l.procuratore in rem dato ff.procur.l.ſi cum emptore §.ſed ſi ſf. pact. Natt.conſil.* 628.*num.*23.& ferè in puncto dixit, *Rota in Ferrarien. Manutentionis* 28.*Ianuarij* 1641. *coram bon.mem.Pirouano §.quoniam etſi.*

Nec obſtat quod verba traditionis prædij in ſolutum dotis collata ſint in Claudiam, quia id factum fuit ex eo quod author tradentium cum Claudia con-
6 traxerat, & rectè ſoluitur ei † cum quo contractus celebratus fuit licet dominium ſpectet ad alium, *l. filius Cod.pact.Bald.in cap.in litteris num.*7.*de reſt.ſpol. Crot.conſ.*24.*num.*13.& 14.*Surd.conſ.*43.*num.*2.& *deciſ.* 60.*num.*8.*deciſ.*229.*num.*11.cæterum prædium quæſi-
7 tum fuit viro, quo præſente, & conſentiente † pro omni ſuo iure,& intereſſe debitores tradiderunt, & cui pro traditione competebant actiones, vt in his terminis *Rot.in d.Ferrarien.manutentionis, & ad propoſitum Ciriac.contr.*251.*num.*2.

Minus obſtat clauſula *ad habendum* poſita in In-
8 ſtrumento traditionis, † quæ cum præbeat facultatem alienandi,*Roland.conſ.*55.*num.*44.*lib.*3. *Rot. deciſ.* 261.*num.*4.*par.*1.*recent.*repugnat conſtitutioni fundi
9 dotalis† qui alienari non poteſt,*l.*1.§.& *cum lex.Cod. re uxor.act.Peregrin.conſil.*24.*n.*6.*lib.*3.*Ciriac. controu.* 10.*num.*65.*Giurb.ad conſuet.Maſſan.cap.*14.*gloſſ* 2.*nu.*1.
10 Quia intelligitur de facultate alienandi vtiliter, † & cum conſenſu coniugis ſecundum ſubiectam materiam fundi dotalis, vt per *Dec. conſ.* 614.*num.*2.& 6. *Signorol.conſ.*10.*num.*3. *Aym.conſ.*20.*numer.* 15. *Seraph. dec.*794.*n.*8.*Cocc.dec.*75.*ſub n.*10. Et eſto quod prædiũ non ſit fundus dotalis, ſatis eſt ad effectum de quo agitur,quod acquiſitum fuerit viro in ſatisfactionem dotis,vt ex ea die vſuræ dotales amplius non currerẽt.

Alij verò ex Dominis contrariam ſententiam am-
11 plectebantur, †quia dos primo viro conſtituta fuit in pecunia,& eodem modo cenſebatur conſtituta ſecundo,cum repetitio dotis à primo in ſecundo matrimonio fiat cum eiſdem qualitatibus primæ conſtitutionis,*Pharucc.de lucro dot.gloſſ.*10.*ſub numer.* 31. *verſ.modo declarandum Ciriac.controu.*527.*num.*57. & *contr.*528.*num.*6.& 7.*Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap.*15. *gloſſ.*1.*par.*1.*num.*13. Prædium autem datum fuit æſtimatum mulieri conſtante ſecundo matrimonio de
12 quo tempore,licet dos conſiſtens in pecunia † potuerit transferri in fundum dotalem, *leg.ſi ei* 26.*l.ita conſtante* 27.*ff.iur.dot.l ſi mulier* 21.*circa fin.l.cum maritus* 29.*in princip.ff.pact.dotal.Pariſ.conſ.*128.*num.*1.& *ſeqq.lib.*1.*Ciriac.controu.*251.*num.*35.ad hunc effectum duo copulatiuè concurrere debuiſſent,nempè copulatiuè concurrere debuiſſent, nempè conſenſus con-
13 iugum,& quod vtiliter fieret,*Barboſ.in l.*1 *par.*5 *num.* 9.*ff.ſolut.matrim.Honden.conſ.*41.*num* 27.*lib.*1. *Rimin. Iun.conſ.*776.*num.*29. & 30. *Grat. diſcept.*435.*num.*5 & 31.*Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap* 4.*gloſſ.*1 *par.*1.*num.*5. *Capic.Latro.deciſ.*19.*num.*7.& *ſeq.*

At in caſu noſtro deſideratur vtrumque, quia de vtilitate non conſtat,& regulariter vtilius eſt mulieri
14 habere dotem in pecunia,quam in fundo,cum primo caſu habeat hypotecata omnia bona viri pro reſtitutione dotis *Rolan.conſ.*92.*num.*10.*lib.*2.*Rubeus Alex. conſ.*5.*num.*2.*Cephal.conſ.*351.*num.*33.& *ſeqq.Honded.d. conſ.*41.*num.*30.& 31. Deeſt pariter conſenſus mariti, qui licet præſens fuerit inſtrumento, prædium acce-
15 ptaſſe non probatur, † imo voluit creditum dotis in quantitate, & ſucceſſiue exegit ſemper eius fructus in pecunia,ob quam rationẽ Rota in deciſione huius cauſæ 7.Februarij 1636.coram bo. me. Merlino, dixit pati magnam difficultatem præcedentem deciſionẽ, in qua dictũ fuerat,quod dos data ſecundo viro conſiſtit in prædio.Augeturq; hæc difficultas,quia ſecũdo viro nuſquam traditum fuit prædium,vt ad hunc effectum requirebatur,*leg.dotale* 13.§.*dotale ff.fund.dotal.Caſtr*

*in l. de diuiſione num.3.ff.ſolut.matrim.Buratt.deciſ.*287.
*num.* 12. & gratis dicitur fuiſſe poſſeſſum à Comite,
quia poſſedit ſola Claudia,eaque mortua illius hære-
des per quos,& hodie retinetur,& cum prædium non
ſufficeret pro tota dote,eo minus veriſimile eſt, quod
coniuges voluerint in illo dotem conſiſtere ne dos
16 diuerſo † iure cenſeatur, *Nonnius conſ.52. num.7.cum
alijs allegat.à Giurb.ad conſuetud.Meſſan.cap.15.gloſſ.1.
par.1.num.14.*

Igitur datio prædij in ſolutum, extinxit quidem
obligationem reſtitutionis dotis inter hæredes primi
viri & Claudiam. Cui verè facta fuit, integra tamen
manente obligatione Claudiæ de ſoluenda dote ſe-
cundo viro in pecunia procut ſoluta fuerat primo.
Cumque ſecundus vir prædium non acceptauerit,
ipſaque Claudia illud pro ſe retinuerit, ac ſoluerit
vſuras dotis, quin & aliam dotem ducatorum 5000.
ſecundo viro poſtea promiſerit ex qua promiſſione
17 quamuis nulla elicitur voluntas coniugum † de non
habendo prædio pro dotali ſecundi matrimonij argu-
mento, *l.fin.ff.reb.dub.Fulgoſ.conſ.99.circa fin. Burſatt.
conſ.89.num.15.Surd.deciſ.333.num.3.Rot.deciſ.* 281. *nu.
7.par.1.recent.* parum refert, quod *vigore Statuti Centi*
competerent ſecundo viro actiones pro recuperanda
18 dote † ab hæredibus primi, quia hoc procedit quate-
nus ſecundus vir illis vti velit, non autem eo inuito, vt
in proximis terminis *Surd.deciſ.*191. *num.* 17. verſa-
murque ideo extra terminos deciſionis *in Ferrarien.
Manutentionis coram bon. mem. Pirouano ex aduerſo
19 allegata*, & præſentia viri † cenſetur adhibita in Inſtru-
mento dationis in ſolutum ad maiorem duntaxat
cauthelam dictorum hæredum, vt in ſimili conſiderat
*Natt. conſ.552.num.6.Ciriac.c.controu.251.nu.29.& 30.
Boer.deciſ.23.ſub num.* 7.

Secundum fundamentum informantium, cui Do-
mini adhæſerunt pendet à calculo ponendo ex vna
parte creditum Comitis ſecundi viri, ex alia ſolutio-
nes interuſuriorum illi factas à Claudia. In creditum
Comitis adſcribenda ſunt ſcuta 1250. auri in auro pro
medietate dotis ſuperlucratæ per obitum vxoris,
quod enim tota dos data primo viro, & repetita ſecun-
do fuerit ſcutorum 2500. auri patet hodie nedum ex
ſæpè memorato Inſtrumento dationis in ſolutum, ſed
ex ipſo originali inſtrumento promiſſionis dotis in
primo matrimonio celebrato de anno 1574. quod da-
tur in Summario tertiæ poſitionis pro Dominis de
20 Palmeriis num. 1. & plenè † probat, *Bald.in cap.con-
ſuluit num.12.de offic.deleg.Dec.conſ.36.nu.2.Ruin. conſ.*
128.*num.1.lib.4.*

His addendi ſunt fructus dotales, donèc Claudia
vixit ad rationem quinque pro centenario, ſed il-
lorum quantitas non eſt vno quoque anno æqualis,
quia ſingulis annis decreuit proportionabiliter ad
ſummam excedentem verum debitum, quæ annuatim
ſoluta fuit: nam eſt in confeſſo apud partes, quod
fructus fuerunt ſoluti ad rationem ducatorum 5000.
cum tamen dos conſiſteret ſolum in ſcutis aureis
21 2500. ſolutum autem in cauſam fructuum † vltra ſum-
mam debitam minuit ipſo iure creditum ſortis mini-
ſterio legis, quæ ſic ſolutum imputat ſtatim in ſortem
abſque alio facto hominis, *l.in his §. Imperator ff.ſo-
lut.l.ſi non ſortem in princ. ff.cond.indeb.vbi Bart.nu.4.*
22 notat, quod ſolutum pro vſuris indebitis † computa-
tur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſ-
ſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit, *l. & poſt
rem iudicatam §.1.ver.ſi tamen ff.tranſact.Fab.de Anna
conſ.30.num.8.Io.Franciſcus à Ponte conſ.70.num.25.&
ſeqq.Milanen.deciſ.Sicilia ſecunda num.* 65. *in fin.* vbi
loquitur in ſpecie de interuſuriis ſolutis, vltra id
23 quod importabat Capitale *libr.2.Viu.deciſ.373.num.1.
cum alijs quos refert Duar.de cenſib.§.3. quæſt.* 21. *num.*
12. *Rot.in Romana Cambij* 17. *Februarij* 1642. *coram me*,
24 & magis in puncto, quod in exceſſu fiat imputatio †
ipſo iure ſingulis annis; itaut quolibet anno pro rata
exceſſus ſors decreſcat, *Fontanel deciſ.* 209. *num.* 10.
*& ſeqq.Capic.Latr.deciſ.25.numer.* 41. Qui loquitur
in terminis fructuum ſolutorum ex contractu nullo
qualis declaratus fuit contractus dotis ducatorum
5000.

Neque hic intrat diſtinctio inter vſuras fauorabi-
25 les, † & odioſas, ſiue quæ propter moram, & ſine mo-
ra debentur, *vt per Surd. deciſ.157.num.5. & 3.ſeqq.
Fonanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſſ.2.par.6.nu.64.* Nam
præter quod in puncto dotis compenſationem fieri
26 ipſo iure † ad euitandum curſum vſurarum dotalium
tradit *Alex.conſ.73.num.4.& 5.lib.5.Franc. Anth.Coſt.
conſ.89.num.29.& 22.Fontanell.d.gloſſ.2.par.6.num.* 61.
*& deciſ.93.num.*30. illa diſtinctio affertur à Doctori-
27 bus † in alia concluſione, quando ſcilicet agitur de
inducenda ipſo iure compenſatione crediti ex vna
cauſa cum debito ex alia pariete vſuras ad euitandum
curſum vſurarum *iuxt.text.in l.ſi conſtat, & ibi gloſſ.
Cod.compenſat.* quo caſu quicquid ſit de dicta diſtin-
ctione, caſus noſter eſt omninò diuerſus quia ſolutio-
28 nes emanarunt ex ipſa cauſa dotis, † nec dicitur com-
penſari vnum creditum cum alio, ſed vſuras ſolutas
imputari in ſortem, ac ſi nominatim pro ſorte ſolutæ
fuiſſent, qui termini ſunt longè diuerſi, vt aduertit
*Fontanell.d.deciſ.209.num.*20. & vbi creditum & debi-
29 tum † proueniunt ex eodem contractu, potiùs dicitur
calculus, quam compenſatio, *Bald.in l. Meuius in
addit.ff.famil. erciſc. per text. in l. ſi quis negotium ff.
negoc.geſt.Rouit.conſ.60.nu.3.lib.1.Capic.Latro d. deciſ.
25.num.23.*

Cum itaque fructus dotis ſcutorum 2500. auri
aſcenderent primo anno ad ſcut. 125. auri, & ſolutæ
fuerint libræ 1060. quæ calculando ſcutum aureum
ad rationē librarum quinq; pro quolibet iuxtà banni-
menta terræ Centi conſtituunt ſummam ſcutorum
212. ſolutum excedit primo anno in ſcutis aureis 87.
pro qua ſumma ex tunc diminuta fuit ſors ſcutor.
2500. & ſic proportionabiliter creuit ſingulis annis
exceſſus fructuum, qui ſemper ſoluti fuerunt in eadem
quantitate librarum 1060. ac ſimul decreuit ſors prin-
cipalis, adeò quod ſpatio quindecim annorum exte-
nuata fuerit medietas ſortis, & vltrò ſecundus vir re-
ceperit libras 6478. Nam medietas ſortis importat
ſcuta auri 1250. fructus verò totius temporis facta im-
putatione iuxta prædicta aſcendunt ad ſcuta 787. quæ
redacta ad libras ad dictam rationem librarum quin-
que pro ſcuto conſtituunt libras 10187. totidemque
propterea ponendæ ſunt ad creditum hæredum ſecun-
di viri.

Econuersò autem ad creditum Dominorum de Ca-
randinis ponendæ ſunt libræ 16665. quæ Claudia ſol-
uit pro interuſuris dotis, & addendæ aliæ libræ 451.
pro medietate impenſarum funeris eiuſdem Claudiæ,
30 ad quam † tenetur ſecundus vir, qui medietatem dotis
lucratus fuit, quia maritus pro rata lucri tenetur ad
funeris impenſas cum ſint æs alienum dotis, *leg. in
eum leg.ſic pro rata leg.ideoque ff.relig. & ſumpt. funer.
Cephal.conſ.625.num.26.Fontanell. de pact. nupt.clauſ.
6.gloſſ.2.par.5.num.20.& 21.Coſt.de port.rat.qu.73. n. 7
& ſeqq.*

Ex libris 16665. pro interuſuriis, & libris 451 pro im-
penſa funeris conſtituuntur libræ 17116. quæ detractis
libris

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

libris 10187. poſitis ad creditum hæredum ſecundi viri remanent libræ 6929. pro qua ſumma Domini ſteterunt in deciſis.

Non obſtat, quod impoſſibile ſit compenſare interuſuria cum lucro dotis; quod de tempore quo ſoluebantur, non dum debebatur. Quia ſatis eſt reſpondere, quod gratis hæredes ſecundi viri petunt titulo lucri medietatem dotis, quam intus habent, quia ipſe ſecundus vir conſtante matrimonio recepit in exceſſu fructuum dotalium ſibi ſolutorum. Prout gratis allegatur modernus valor ſcuti auri, cum hodie non agatur de ſoluendo lucro in auto, ſed de calculandis ſolutionibus, iam factis ſecundum valorem temporis 31 † in quo cadebant, & effectualiter ſecutæ fuerunt qui debet attendi, *cap. olim de cenſib. Rota coram ſa me. Greg. XV. deciſ. 42. ſub num. 6. & inter recent. deciſ. 597. num. 2. par. 1.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante poſt trinam cauſæ propoſitionem.

## NARNIEN. VNIONIS.

*Lunæ 16. Nouembris 1643.*

## ARGVMENTVM.

Ordinarius ſi in actu viſitationis decreuit vnionem eſſe faciendam ſi ita expediri videbitur, non cenſetur per dictam clauſulam aliquid purè voluiſſe decernere ſed ſub conditione, nempè poſt adhibitam cauſæ cognitionem, præſertim ſi idem Ordinarius ſubſequenter, declarauit intentioni eius fuiſſe vnionem facere ſeruatis ſeruandis, & captis informationibus, quę declaratio etiam ex interuallo fieri poteſt. Aſſertio Ordinarij circa inſufficientiam redditunm emiſſa in decreto vnionis ſufficit quod ſit dubia, vel varia vt non releuet, præſertim quando adminicula, quibus fulcitur non faciunt aliquam probationem ſaltim ſemiplene.

## SVMMARIVM.

1 *Aſſertio Ordinarij de inſufficientia reddituum pro validitate vnionis, ſine adminiculis fidem non meretur.*

2 *Vnio non cenſetur facta ab ordinario ob inſufficientiam reddituum, ſi ſimpliciter decreuit Eccleſiam vniendam prout expediri videbitur.*

3 *Clauſula* prout expediri videbitur *appoſita poſt diſpoſitionem nihil certum continentem, & quæ confertur in tempus futurum importat conditionem.*

*Diſpoſitio ſi confertur in tempus futurum nihil certum continere dicitur, ibid.*

4 *Clauſula* prout expediri videbitur, *adiecta in decreto Ordinarij de vnione facienda reddit conditionalem ipſam ſubſtantiam decreti & ſupra num. 2.*

5 *Ordinarius quod non adhibuerit in vnione cauſæ cognitionem ex quibus colligatur?*

6 *Ordinarius ſine cauſa cognitione non poteſt ad vnionem procedere.*

7 *Ordinarius ſi decreuit vnionem faciendam*, prout expediri videbitur, *nullo tempore dicti decreti adhibita cauſæ cognitione, tunc non cenſetur aliquid purè voluiſſe decernere, ſed ſub conditione futuræ cognitionis.*

8 *Verbum* videbitur, *ſignificat arbitrium boni viri.*

9 *Vnio vt ſit valida neceſſe eſt quod cauſa concurrat.*

10 *Dictio* cum *aliquando ſtat loco dictionis* ſi, *& conditionem importat.*

11 *Verbum* remaneat *ſubiunctiuè modi præſentis temporis etiam futurum optatiui modi importat.*

12 *Ordinarius declarare poteſt quod in decreto de vnione facienda nullam habuit intentionem vniendi, niſi ſeruatis ſeruandis, & captis informationibus, nam talis declaratio valet etiam ex interuallo, num. 15.*

13 *Ius conſiderabile ex decreto conditionali quæſitum non dicitur.*

14 *Præſertim quando tale decretum non fuit acceptatum.*

16 *Ordinarius poteſt beneficium vnitum ſub conditione ea pendente conferre, quia conditio antequam purificetur non afficit beneficium; itaut interim non poſſit conferri.*

17 *Aſſertio Ordinarij de inſufficientia reddituum in decreto vnionis emiſſa, ſufficit quod ſit dubia, vel varia, vt non releuet.*

*Confeſſio dubia vel varia non releuat, ibid.*

18 *Adminicula deſeruire non poſſunt ſine aliquo gradu probationis ſaltim ſemiplene.*

19 *Redditus beneficij ex quibus congrui præſumantur.*

20 *In dubio congrui præſumuntur, donec certitudinaliter conſtet de contrario.*

21 *Valor per decennium articulari debet ad hoc vt conſtet de paupertate ſeu diminutione redituum beneficij, nec ſufficit quod teſtes generice de ea deponant.*

22 *Vel teſtes aſſignare debent cauſam diminutionis redditum, cum poſſit diminutio eſſe temporaria.*

23 *Valor beneficij non probatur ex denunciationibus factis à Rectore ſubcollectori decimæ duorum pro centenario per modum affirmatiuum, nam ex huiuſmodi denunciationibus ſolum probatur quod quantitas denunciata fuerit recollecta, non autem negatiuam maioris recollectionis.*

24 *Ratio eſt quia poteſt Rector minus denunciare ad minuendam ſolutionem decimæ, & ſtant ſimul quod perceperit fructus denunciatos, ac etiam alios.*

25 *Confeſſio Rectoris non attenditur in præiudicium Eccleſiæ & ſucceſſorum præſertim ſi ſucceſſor dicta confeſſione non vtitur nec alia concurrunt adminicula & num. 26.*

27 *Valor ſeu diminutio fructuum pro ſubſtinenda vnione eſt plenè & concludenter probanda.*

28 *Præſertim concurrentibus adminiculis pro non diminutione & plura recenſentur adminicula.*

20 *Reo ſufficit offuſcare probationem actoris, quando eſt imperfecta.*

30 *In dubio pronunciandum eſt pro excluſione vnionis quia tendit in præiudicium cultus diuini ad quem pertinet, quod vnaquæque Eccleſia habeat ſuum Rectorem.*

## DECISIO CLII.

ORdinarij aſſertioni de inſufficientia reddituum ob quam in actu viſitationis decreuit vniendam Eccleſiam Parochialem Sancti Iacobi Parochiali contiguæ quæ eſt ſancti Bartholomæi, Rota in alia deciſione ſub die prima Iulij proximè præteriti coram me præſtitit fidem quia fulciebatur aliis adminiculis, licet ſine illis † non veniret attendenda vt vltra 1 ibi allegatos *fuit dictum in dec. 223. n. 13. par. 6. recent.*

Hodie autem propoſita cauſa ſuper eiuſdem viſa fuit penitus irrelevans dicta aſſertio, quia Ordi-2 narius non decreuit ſimpliciter vnionem † propter inſufficientiam reddituum, ſed dixit Eccleſiam



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vniendam prout expediri videbitur, quæ clauſula vbi
3 eſt appoſita † poſt diſpoſitionem nihil certum con-
tenentem vt in caſu noſtro, quo tota diſpoſitio con-
fertur in tempus futurum vt per *Lotter. de re benefic.*
*lib.2.queſt.51.num.* 46. importat conditionem; ita vt
4 ipſa † ſubſtantia decreti ſit conditionalis, *Bart. in ex-*
*trauag. ad reprim. ſub num. 2. verſ. ſi verò per hanc di-*
*ctionem, Felin. in cap. ex parte il primo, num.11. verſ. ali-*
*quando vero de reſcript. Curt. Iun. conſ.97. num. 6. quem*
*ſequitur Decius conſ. 169. ſub num. 4. circa fin. Barboſ.*
*dec.296. num.13. Gramat. deciſ.59. ſub num.22. & 24. Rot.*
*deciſ.243. num.8. par.2. recent.*

Maximè quia nullibi apparet quod tunc Ordina-
rius adhibuit cauſæ cognitionem, quin potius non
5 adhibuiſſe † colligitur ex modo loquendi, ibi *vnien-*
*daque ipſa Parochialis prout expediri videbitur*, &
6 propterea diſponere † ſuper vnione adhuc non pote-
rat, *Calder. conſ.4. de reb. Eccl. non alien. Burſatt. conſ.*
185. *num.13. Rebuff. de vnione num.43. Garz. de benef. par.*
12. *cap.2. ſub. num.*113. Taliſque cognitionis omiſſio
magis demonſtrat, quod tempore dicti decreti,
7 Ordinarius noluit aliquid purè decernere ſub condi-
tione futuræ cognitionis, *Bart. in d. extrauag. ad re-*
*primend. ſub num.2. verſ. ſecus in confirmatione Abb. in*
*cap. examinata num.3. de confirm. vtil. vel inutil. Barboſ.*
*d. dict.296. ſub num.13. verſ. quæ fieret.* Idque etiam col-
8 ligitur ex verbo *videbitur* quod † ſignificat arbitrium
boni viri *Roman. conſ.228. num.* 1. *in fin. Valaſc. conſul.*
153. *num.24. Rot. apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ.2.*
*num.10. deciſ.3. num.5. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.*
251. *num.8. deciſ.443. num.54. par.5. recent.* paria enim
ſunt quod Ordinarius ſe retulerit ad futurum arbi-
trium boni viri, vel ad futuram cognitionem cauſæ
vnionis, quia bonus vir ad vnionem non deueniet,
9 † niſi poſtquam cognouerit de cauſa quæ in vnione
requiritur, *cap. expoſuiſti de præbend. Garz. de præbend.*
*Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 113. *Mandoſ. ſuper*
*regul.12. Cancell. queſt.6. n.3. Rot. deciſ.133. num.3. part.2.*
*diuerſ.*

Eamdem verò conditionem adiectam ſubſtantiæ de-
creti recipit aſſertio acceſſorie ibidem emiſſa de in-
ſufficientia reddituum eo facilius, quia concepta eſt
per dictionem *Cum*, ibi, *cum ex tenuitate, &c. non re-*
10 *maneat, &c.* † quæ aliquando ſtat loco dictionis, *ſi*, &
conditionem importat, *leg. qui promiſit 48. ff. condit.*
*indeb. l. huiuſmodi ſtipulationes 20. ff. verb. obligat. l. ſi*
*Titio 22. ff. quand. dies legat. ced. Cephal. conſ.22. num. 4.*
*Decian. conſ. 34. num. 43. lib. 3.* & verbum *remaneat*,
quod eſt ſubiunctiui modi † præſentis temporis etiam
11 futurum optatui modi importat *Signorol. conſ.151. in fin.*
*Rot. deciſ.36. num.10. par.5. recent.*

Ac tollit omnem difficultatem recens declaratio
eiuſdemmet Ordinarij † affirmantis, quod in præfato
12 decreto nullam habuit intentionem vniendi dictam
Parochialem Sancti Iacobi, niſi ſeruatis ſeruandis, &
aſsũptis informationibus ſuper valore dictæ Eccleſię,
& quod deinde reperiit illius Rectores decenter com-
modéque vixiſſe, quam declarationem quia ex dicto
13 decreto nemini quæſitum fuit ius conſiderabile, †
tum ex quo decretum eſt conditionale, *Pariſ. conſ.5.*
*num.96. lib.4. Lotther de re benef. lib.2. queſt.51. num.45.*
*& 46. num.49. Put. deciſ.257. num.1. & 2. lib.2. in correct.*
*Rot. deciſ.504. num.22. part.5. recent.* Tum ex quo à ne-
14 mine † fuit acceptatum *Card. in clement. vnica. §. ſecus*
*in prima oppoſitione de conceſſ. præbend. Caſſad. deciſ.3.*
*num.2. & 3. de præbend.* vtique facere potuit Ordinarius
15 etiam ex interuallo, *Decian. conſ.7. num.99. lib. 1. Boer.*
*deciſ.172. num.22. in fin. Cancer. var. reſol. lib.1. cap.8.*
*num.180. verſ. quod eſt intelligendum Rot. in Ariminen.*
*Saluiani 19. Iunij 1643. coram me*, ſicuti etiam potuit
16 pendente conditione Parochialem conferre, † quia
conditio antequam purificetur, non afficit benefi-
cium, vt interea ab Ordinario conferri non poſſit,
*Garz. de benef. par.5. cap.1. num.153. Rota deciſ.1311. lib.3.*
*par.3. diuerſ.*

Igitur tantum abeſt, quod decretum, ſeu aſſertio
Ordinarij concludat per neceſſe inſufficientiam red-
17 dituum, quod imò contrarium & ſufficit † quod ſit
dubia, vel varia, vt non releuet *Bald. in l. ſi ex cautione*
*num.14. verſ. tertio quæro, & num.17. verſ. dicit Iacobus*
*Cod. non num. pec. Grat. deciſ. March.* 156. *num.* 15. *verſ.*
*quia reſpondetur Buratt. deciſ.298. num.* 10. eaque cor-
ruente corruunt pariter alia adminicula, quia deſeruire
18 non poſſunt † ſine aliquo gradu probationis ſaltem
ſemiplenè cui inhæreant *deciſ.136. num.* 13. *deciſ.* 199.
*num.7.*

Hinc nil faciunt Teſtes nulliter examinati, & alia
adminicula adducta in prima deciſione eo minus,
19 † quia cum redditus harum Parochialium à multo
tempore ſingulis rectoribus fuerint ſatis, & ipſemet
aduerſarius Parochialem, quam poſſidet acceptaue-
rit, ideoque congrui præſumantur, *Mant. deciſ.22. n.* 1.
*Greg. XV. deciſ.429. num.3. Seraph. in his terminis deciſ.*
1385. *num.* 3. *Lotther. de re benef. lib.* 1. *queſt.28. num.85.*
20 ſaltem donec † certitudinaliter conſtet de contrario,
*Rot. deciſ.420. n.4. par.1. recent. deciſ.449. n.5. par.2.* non
eſt momenti, quod teſtes genericè dicant Eccleſias
21 eſſe pauperes, † ſed vel articulari ex aduerſo debuiſ-
ſet valor beneficij per decennium, *iuxta deciſ. Achill.*
24. *de probat. & deciſ.* 189. *num.4. part.1. diuerſor.* vel
22 aſſignari cauſam † diminutionis reddituum cum poſ-
ſit eſſe temporaria, vt in puncto *Lotther. d. lib.1. queſt.*
28. *num.* 81. & 82. vbi ſe informante refert *deciſum in*
*Calaguritana Beneficij de Treſpuentes 28. Nouembris*
1605. *coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio Iuniori.*

Fides verò ſubcollectoris decimæ duorum pro
centenario nuper exhibita de denunciationibus fru-
23 ctuum † annuatim factis à Parocho per modum affir-
matiuum probat quidem quod quantitas denunciata
fuerit recollecta, vt ait *deciſ.262. num.18. part.5. recent.*
24 non autem negatiuam maioris recollectionis, † quia
potuit Parochus minus denunciare † ad minuendam
ſolutionem decimæ, & ſtant ſimul quod perceperit
fructus denunciatos, ac etiam alios vt in puncto vnio-
nis *Rota deciſ.76. ſub num.1. verſ. ſecundo cum part.* 4.
*recent.* Neque confeſſio Parochi meretur attendi in
25 præiudicium Eccleſiæ † aut ſucceſſoris *gloſſ. in cap.2.*
*verb. conuentum de teſtib. in 6. Grat. diſcept.796. num.* 5.
*Seraph. deciſ.* 1278. *num.3. Rot. deciſ.334. num.2. par.1.*
*recent. deciſ.385. num.6. coram ſan. mem. Greg. XV.* quic-
quid dicendum eſſet ſi dicta fides fuiſſet producta à
26 ſucceſſore, † *vt in deciſ.* 262. *num.19. par.5. recent.* &
concurrerent alia adminicula, nec requireretur exacta
probatio valoris, *vt in deciſ. Caualer.596. in princ.*

Qui non eſt caſus noſter, quia fides fuit producta
exaduerſo, valor ſeu diminutio fructuum eſt plenè,
27 & concludenter probanda, tamquam fundamentum
intentionis, & cauſa vnionis *Rot. deciſ.268. num.3. &*
*4. par.1. diuerſ. deciſ.512. num.2. par.3. recent. deciſ.* 413.
28 *num.2. par.5.* & adminicula concurrunt pro non dimi-
nutione, cum adſit declaratio ipſius Ordinarij ſuper
ſufficientia reddituum, & duo Teſtes examinati ad
perpetuam rei memoriam, qui veniunt attendendi,
quamuis de valore deponant implicitè *Rot. deciſ.* 430.
*num.49. par.5. recent.* Necnon præſumptio reſultans ex
temporis curſu, & acceptatione aduerſarij Parochia-
lis quam poſſidet, & alia præſumptio quod redditus
potius ſint aucti, quam diminuti, *Bart. in l. ex diuerſo*
*§. fin.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*§.fin.num. 9. ff. ſolut. matrim. Felin. in cap. conſtitutus num.1.verſ.& ſubdit de reſcript. Angel. conſil. 274. ſub num.4. Seraph.d.deciſ.1385.ſub num.1.Rot.deciſ.413.n.1. par.5.recent.*

29 Vndè ſaltem offuſcatur † probatio actoris, quod ſufficit reo, quando actoris probatio eſt imperfecta *Bart.in l.admonendi num.51.verſ.quæro vtrum vna probatio ff.iure iur. Rip.ibid.num.211.Iaſ.in ſecunda lectura num.269.& ſeqq.Bald.conſil.79.num.7.lib.2.Surd.conſ. 505 ſub num.6.Seraph.deciſ.889.num. 4. Buratt. deciſ. 419.num.12.Rot.in terminis probationis actoris conſtata, & adminiculis, deciſ.353.num.28.par.6.recent.*

Et in dubio pronunciandum eſt ad excluſionem vnionis, quia tendit in præiudicium cultus diuini ad 30 quem pertinet, quod vnaquæque Eccleſia habeat ſuum Rectorem, *Calder.conſ.13.ante medium de reb. Eccleſ.non alien. Mandoſ.ſuper regul.12. Cancell quæſt. 6.num.12.Lotth.de re benef.lib.1.quæſt.28.num.86.& 87. Seraph.deciſ.1385.num.5.Rot.deciſ.557.num.3.lib. 3. par. 3.diuerſ.*

Ex quibus recedendo à deciſis Rota cenſuit non conſtare de cauſa vnionis, ideoque illi locum non eſſe vtraque Parte Informante.

## ROMANA DOMVS.

*Veneris 27. Nouembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Contra tertium poſſeſſorem poteſt fieri executio ſi emit lite pendente, & ſemper fuit citatus pro ſuo iure & intereſſe, & lis pendebat ſuper actione reali, quo caſu vitium litigioſi tanquam reale tranſit in tertium poſſeſſorem, ſiue tertius ſciuerit rem eſſe litigioſam ſiue ignorauerit, quia ignorantia excuſat quidem à pœna contra acquirentes res litigioſas, non autem illos tuetur ab executione ſententiæ Exceptio melioramentorum oppoſita à tertio poſſeſſore, quo caſu executionem non impediat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſor cenſetur ſua poſſeſſione priuatus per ſententias executioni ritè & rectè demandatas.*

2 *Auditor Rotæ non poteſt aliquid decernere niſi habito Conſilio DD.Coadiutorum iuxta reformat. ſa. me. Pauli V.tit.de Audit.§.7.& 8.*

3 *Poſſeſſio amititur per executionem ſententiæ abſque alia actuali expulſione, ſi contra poſſeſſorem de iure potuit ad executionem deueniri.*

4 *Executio fieri poteſt contra tertium poſſeſſorem, qui lite pendente emit, & ſemper fuit citatus pro ſuo iure & intereſſe nec vnquam contradixit, vt requiritur ad effectum impediendi executionem.*

5 *Citatio pro ſuo iure & intereſſe licet non facit citatum reum neceſſarium ſimpliciter; facit tamen cauſatiue, ſi voluerit executionem impedire.*

6 *Ratio eſt, quia tunc non videtur quod ſententia ſit lata inter alios.*

7 *Executio fieri poteſt contra tertium, qui emit pendente lite ſuper actione reali, & ſuper dominio rei litigioſæ.*

8 *Verbum* ſpectare, & pertinere *dominium denotat.*

9 *Lis quando pendet ſuper actione reali, tunc res ipſa litigioſa efficitur.*

10 *Vitium litigioſi tanquam reale tranſit in tertium poſſeſſorem, qui lite pendente voluntariè emit itaut habeatur pro non poſſeſſore, ſed ſuper ipſa re poteſt abſque alio proceſſu fieri executio non ſecus ac ſi alienata non fuiſſet, & num.12.*



11 *Reus non poteſt mediante alienatione rei litigioſæ deteriorem facere actoris conditionem, quoad Iudicij ordinem.*

13 *Executio fieri poteſt contra tertium poſſeſſorem, qui lite pendente emit, ſiue tertius ſciuerit rem eſſe litigioſam, ſiue agnouerit, quia ignorantia excuſat quidem à pœnis contra acquirentes res litigioſas non autem illos tuetur ab executione.*

14 *Tertius poſſeſſor debet ſaltim de æquitate in executione citari.*

15 *Concluſio forſan procedit, quando non fuit ante ſententias in iudicatum tranſactas citatus, & agitur de executione reiiudicatæ in alia re non expreſſa in ſententiis, ſecus è conuerſo.*

16 *Tertius dicitur citatus in executione, ſi fuit citatus in relaxatione mandati de immittẽdo vigore reiiudicatæ poſt quam relaxationem non ſolet alia citatio fieri*

17 *Tertius poſſeſſor rei litigioſæ excipiens de melioramentis, quo caſu non valeat impedire executionem rei iudicatæ?*

18 *Iudex non impertitur ſuum officium niſi petenti.*

19 *Exceptio melioramentorum non impedit executionem ſententiæ ſi probata non ſunt.*

20 *Et probata poſt executionem non ſuffragatur ad effectum retentionis, cum per executionem legitimè factam poſſeſſor ſuam poſſeſſionem amiſerit, quo caſu ſolum agi poteſt, quatenus repetitioni ſit locus conditione incerti, vel ex æquitate* leg.ſi me & Titium ff.de petit.hæred.

## DECISIO CLIII.

PRimum vigore laudi fuit adiudicata medietas domus de qua agitur Ioan.Baptiſtæ & fratribus de Foruiis aduerſus Mariam ſororem, deindè in gradu appellationis per ſententias Rotales pronunciatum eamdem medietatem ſpectare & pertinere ad dictos fratres de Foruiis, qui tandem in executione rei iudicatæ mandatum de immittendo obtinuerunt executioni demandarunt citato ſemper in omnibus inſtantiis, & actis pro ſuo iure & intereſſe Domino Hieronymo Cecchino, cui lite hac pendente vendita fuerat de anno 1636. tota domus à Maria rea conuenta.

Ille nihilominus aſſerens nulliter contra ſe tanquam tertium proceſſum fuiſſe ad executionem dicti mandati de immittendo, petiit ſuper dicta medietate domus manutentionem, quam hodie propoſito deſuper dubio Domini denegarunt, quia omni poſſeſſione
1 priuatus † fuit per dictas ſententias executioni ritè &
rectè demandatas, *l.iuſtè poſſidet vbi notant ff.acqu. poſſ.* Nec refert quod in mandato de immittendo ego Iudex executorialis deleuerim verba *expulſo D. Hieron. Cecchino*, nam cautè id factum fuit, quia in ſententiis aut Deciſionibus Hieronymus nominatus non fuerat, neque poteram de meo capite aliquid contra ip-
2 ſum poſitiuè decernere, niſi habito Conſilio † Dominorum meorum iuxta reformationem *ſa. mem. Pauli V.tit.de Audit.Rot.§.7.& 8.* ſed non exinde euacuatur effectus executionis factæ contra Hieronymum
3 per quam † poſſeſſionem amiſit abſque alia actuali expulſione quatenus de iure contra ipſum ad executionem deueniri potuit *Angel.in l. qui vniuerſas §. item cum prætor in fin.ff.acqu.poſſeſſ.Dec.conſ.103.num.1. verſ.& tunc inſurgit.Mohed.deciſ.4.de reſt.ſpol.Seraph. deciſ.432. num. 6. dec.1321.num.1.Rot.deciſ.111. num.2. par.1.recent.*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

4 Et potuit quia Hieronymus emit pendente lite, †
ac fuit ſemper citatus pro ſuo iure & itereſſe nec ali-
quando contradixit, vt debebat ad effectum impe-
diendi executionem; licet enim ea forma citationis
5 † non faciat citatum reum neceſſarium ſimpliciter
facit tamen cauſatiuè ſi voluerit executionem im-
pedire, *Neuizz. conſil. 20. numer. 19. & per tot.
remiſſiuè & eſt doctrina originalis Caſtren. in leg.cum
filiusfamilias ſub numer. 3. verſ. ſed ſi fuit citatus ff.
verb.oblig.quem ſequitur Dec.in l.2.num.44.verſ.ex quo
infertur,Cod.de edend.& conſ.187.num.2.conſ.700.n.4.*
6 vbi dicit rationem, quia tunc † non videtur, quod
ſententia ſit lata inter alios *Caph. conſ. 21. numer. 11.
Menoch.conſ.63. num. 25. conſ. 421.num. 67. Surd.conſ.
334.numer. 12. Rot.in Narnien.ſucceſſionis 18.Iunij 1631.
coram D. Card. Hieronymo Veroſp. in Ciuit. Caſtelli
Spolij 7.Maij 1638.& 10.Maij 1641. coram R.P.D.meo
Ghiſilerio, & in ead.18. Maij 1643.coram R.P.D. meo
Leone Veroſpio.*

7 Eóque magis potuit ad executionem deueniri, †
quia cum lis penderet in actione reali, & ſuper do-
minio domus, vt conſtat ex verbis primæ ſententiæ
Rotalis coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, ibi,
*Medietatem domunculæ ſpectaſſe,ac pertinuiſſe, ac ſpe-
ctare,& pertinere ad dictos DD.Io.Baptiſtam, & fra-
tres,&c.* ponderando verbum *ſpectare, & pertinere,*
8 quod dominium † denotat *leg.liber homo,ff.acquir.re-
rum dom.l.per ſeruum verſ.ſed quemadmodum,ff. eodem
Felin.in rubr.de reſcript.num.7.verſ.hoc autem limita-
tur Menoch.21.num.4. Rot. in Elboren iuris conferendi
5.Decembris 1640.coram D.Card. Panzirolo*, domus
9 ipſa † erat effecta litigioſa, *Auth.litigioſa Cod.litigioſ.
Roman.conſ.270.num.2.Couar.pract.quæſt.cap.15. num.
6.Rot.dec.3.& ibi adden.vt lit.penden.in nou. dec. 364.
num.8.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

10 Nam vitium litigioſi tanquam reale † tranſit in
tertium poſſeſſorem qui lite pendente voluntariè
11 emit,& cum reus non potuerit mediante alienatione
rei litigioſæ deteriorem facere actoris conditionem
quoad iudicij ordinem, *l.vltim.* ibi ne liceat eo mo-
do duriorem aduerſarij conditionem facere,*ff.litigioſ.
l.2.Cod.eod.l. quamquam §. 1.ff. acq.plu.arcen.*emptor
12 non habetur pro poſſeſſore, † ſed ſuper ipſa re poteſt
recta via,& abſque alio proceſſu fieri executio, non
ſecus,ac ſi alienata non fuiſſet, *Bart. in l.creditores
num.23.Cod.pignor.Felin.in c.cum olim 12.num.11. de re
iud.Menoch.de adipiſ.remed.5.num.137.& conſ.319. nu.
11.Creſcen.deciſ.19.num.2.& 3.de re indic.Buratt.deciſ.
917.num.2. & 3.* Siue tertius ſciuerit rem eſſe litigio-
13 ſam ſiue ignorauerit, † quia ignorantia excuſat qui-
dem à pœnis contra acquirentes res litigioſas infli-
ctis,non autem illos tuetur ab executione ſententiæ,*l.
fin.& ibi Bart.verſ.quæro Cod.litigioſ.Butr.in cap. quia
G.num.13.de Iudic.Couarr.pract. quæſt.lib.2.cap.15.n.7.
Rot.coram D.Vrgellen.dec.88.num.4.& ſeq.*

14 Non obſtat, quod Hieronymus † vti tertius de-
buiſſet ſaltim ex æquitate citari in executione, *Grat.
diſcept.502.num. 33. & 35. Dominus Vrgellen. deciſ. 364.
num.71.* Quia quicquid ſit de hoc obiectum forſan
15 procederet † niſi fuiſſet citatus ante ſententias in iu-
dicatum tranſactas,& fieret executio rei iudicatæ in
alia re non expreſſa in ſententiis,ſecus è conuerſo vt
diſtinguendo bene declarat,*Bart.in l.à Diuo,Pio §.in
venditione ſub num.2. verſ. ſed ſi executio, ff. re indic.
quem ſequitur Alex. ibid. num. 31. in fin. vbi de magis
communi Maram in prax part.6.artic.vlt.num.1.Aſin.
in prax.§.7.limit.11.num.1.& §.31.limit.9.num.1.in fin.
Veſtr.lib.8.cap.vltim.ſub nu.3.vbi teſtatur de ſtylo ſacri
Palatij,& ibid.adden.nu.26. Afflict.deciſ.157.ſub nu.2.*
16 & in caſu noſtro Hieronymus dicitur citatus † in
executione,quia citatus fuit in relaxatione mandati
de immittendo vigore rei iudicatæ, poſt quam rela-
xationem non ſolet alia citatio fieri.

Tandem non obſtat exceptio melioramentorum
17 † nuper in genere probatorum,cura enim non fuerit
oppoſita à Hieronymo ante ſententias, vel ſaltem in
termino citationis ad videndum relaxari mandatum
pro executione rei iudicatæ non efficit quin exe-
cutio fuerit ritè, & rectè facta, ideo ſiue Hie-
ronymum ſua poſſeſſione priuauerit,quia Iudex non
18 potuit † hanc exceptionem diuinare, aut ſupplere
parte non petente,*l.4.§.hoc autem iudicium ff. damn.
infect. Mant.deciſ.145.num. 2. cum aliis alleg. per Mo-
dern Peruſ.de manutenend.obſeruat.12.num.52. & cum
duobus ſeqq.& in puncto D.Vrgellen.deciſ.88.num. 7. &
11.*Imò & ſi de melioramentis fuiſſet oppoſitum, quia
19 tunc probata † non fuerant non debuiſſet retardari
executio ſententiæ, *Peregr.de fideicomm.art.50.num.
81.Fuſar.de ſubſt.quæſt.672.num.17.* Adeò quod nuper-
rima oppoſitio,ſeu probatio melioramentorum nul-
latenus ſuffragari poſſit Hieronymo ad effectum re-
tentionis,cum iam per executionem legitimè vt ſupra
factam omnem poſſeſſionem amiſerit, ſed agendum
ſit,quatenus repetitioni ſit locus condictione incerti,
vel ex æquitate,*leg.ſi me,& Titium, ff.petit. hæred. vt
notat. Mareſc.variar.reſol.lib.2.cap.113.numer.primo.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## CÆSARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

*Veneris 4. Decembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Ius præſentandi ad beneficium iuriſpatronatus re-
lictum à Teſtatore in caſu deficientiæ conſanguineo-
rum aliquibus officialibus non poteſt per officiales
exerceri niſi probata deficientia conſanguineorum.
Variatio permiſſa patronis laicis intelligitur de cu-
mulatiua,etiamſi non exprimatur,quod ſecunda præ-
ſentatio ſit cumulatiuè. Conſanguinitas quando pro-
banda non ſit per gradus diſtinctos.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur,probata deſcen-
dentia ab eo,qui eſt in poſſeſſione præſentandi.*

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quibus non reddatur
æquiuoca?*

3 *Diſcretiuus loquendi modus in vna,ac altera ſcriptu-
ra demonſtrat diuerſitatem diſpoſitionis.*

4 *Officij proprietas non reſidet penes officialem tempora-
lem,ſed nudum exercitium,& adminiſtratio.*

5 *Præſentatio, quæ in caſu deficientiæ omnium conſan-
guineorum ex Teſtatoris voluntate ad aliquod of-
ficium deuoluitur non poteſt per officiales exerceri,
niſi probetur omnium conſanguineorum deficien-
tia.*

6 *Ius variandi conceſſum patronis laicis prædicatur de
variatione cumulatiua,non autem priuatiua.*

7 *Nec cenſetur receſſum, quamuis non exprimatur,
quod ſecunda præſentatio ſit cumulatiuè.*

8 *Præſentatus à maiori parte venit inſtituendus, licèt
præſentatus à minori maioribus polleat qualitati-
bus.*

9 *Gratificatio locum non habet, vbi voces non ſunt
æquales.*

10 *Præ-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

10 *Præſentare uti conſanguineus non poteſt ille, quem nunquam conſtitit talem fuiſſe.*
11 *Conſanguineus fundatoris præſumitur, qui vna cum conſanguineis admiſſus fuit ad præſentandum.*
12 *Deſcendentia ex quibus probetur?*
13 *Deſcendentia à fundatore probatur in antiquis leuioribus probationibus, iuncta maximè aliqua præſentatione ab Ordinario effectuata, & n. 14.*
15 *Conſanguinitas non eſt probanda per gradus diſtinctos, quando vocatio conſanguineorum non eſt limitata ad certum gradum, ſed generica, nec alius comparet qui ſe conſanguineum prætendat.*
16 *Iura non eſſe in forma probanti opponi non poteſt in Curia ſi tempore eorum productionis nihil fuit in partibus oppoſitum.*

## DECISIO CLIV.

PRo inſtitutione Ioannis Gargallo præſentati à
Gaſpare Iuniore, & Valerio Gargallo, quæ deducta
fuerunt in prima deciſione ſub die 22. Iunij proximè
præteriti corã me, approbarunt DD. cauſa hodie ſuper
eiſdem propoſita, quia pertinentia iuriſpatronatus, de
qua ſolum eſt quæſtio, ad prædictos Gaſparem, & Va-
1 lerium authores Ioannis probatur, † ex quo ipſi de-
ſcendunt à Gaſpare Gargallo Seniore, qui per præſen-
tationem Gaſparis Sanchez factam de anno 1606. con-
ſtitutus fuerat in quaſi poſſeſſione præſentandi, & vl-
tro deſcendentiam à fundatore probant ex teſtibus
examinatis.

Nec dicta quaſi poſſeſſio Gaſparis Senioris elidi
2 aut æquiuoca reddi poteſt † ex eo quod idem Gaſpar
Sanchez, quem ille præſentauit de anno 1606. Ordi-
narius inſtituit fuit etiam præſentatus à Procuratore
Michaelis Sanchez Iuſtitiæ oppidi de Linares, & Bar-
tholomei Tenæ Iurati ac Iudicis dicti Oppidi. Quia
procederet obiectum ſi Michael, & Bartholomeus
præfati præſentaſſent nomine officij, tunc enim inſti-
tutio præſentationem Gaſparis Senioris vti conſan-
guinei fundatoris, quam præfatorum Michaelis, &
Bartholomei repræſentantium officia, ad quæ funda-
tor in caſum deficientiæ conſanguineorum voluit
iuſpatronatus ſpectare.

Cæterum illi duo mandata dederunt ad præſentan-
dum, alterum de menſe Decembris vna cum Io. Lazza-
ro pariter officiali ad præſentandum Hieronymum
Nauarrum, & in hoc expreſſerunt ſe gerere nomine
officij, eodemque nomine procurator præſentauit
Hieronymum, ibi, *Nomine Michaelis Sanchez Iuſtitiæ, Io. Lazzaro, & Bartholomei Tene Iuratorum, & dictis nominibus Iuſtitiæ, & iuratorum, &c.* Alterum de menſe
Martij ſubſequentis nulla facta mentione Io. Lazzaro
ad præſentandum Gaſparem Sanchez, & ibi ſe enun-
ciauerunt quidem poſt expreſſionem nominis pro-
prij, & ſic demonſtratiuè Iuſtitiam, & Iuratum, ſed ex-
plicitè dixerunt ſe conſtituere procuratorem nomi-
nibus propriis idque pluries repetierunt, ibi, *nominibus noſtris propriis, &c.* & infra *noſtris nominibus propriis, &c.* ac tertio, ibi, *nominibus noſtris, &c.* qui diſcre-
3 tiuus loquendi modus † in vno ac altero mandato be-
nè demonſtrat quod non eodem nomine vtrumque
emanauit. *Surd. conſ. 554. ſub num. 8. Menoch. conſ. 215. num. 69. & 70. conſil. 326. numer. 6. Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 301. num. 18. Rot. deciſ. 274. num. 8. par. 6. recent.* ponderando præſertim quod verba *nominibus noſtris propriis* nullo modo applicantur nomini offi-
4 cij, cum eius proprietas † non reſideat penes officia-
lem temporalem ſed nudum exercitium, & admini-
ſtratio *Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. cap. 27. num. 34.* & vix
alio modo deſignari poteſt in perſona duplicem re-
præſentante nomen principale diſtinctum ab acci-
dentali *vt per Decian. conſ. 85. num. 14. lib. 5. Bart. in leg. procurator qui pro euictione num. 5. ff. procur.* quodquè
in ſecundo mandato cantante nominibus propriis
non interuenit Io. Lazzaro vnus de iuratis, & qui no-
mine officij interuenit in primo, quia nimirum non
erat deſcendens à fundatore prout alij duo qui vo-
lentes præſeruare ius præſentandi ſibi cõptens tan-
quàm deſcendentibus, nec tamen præiudicare officio
quod gerebant duo mandata diuerſis nominibus vt
ſupra dederunt relinquendo cognitionem pertinentię
iuriſpatronatus ad ſe ipſos vel ad officium Iudicio
Ordinarij, qui deinde per ſententiam diffinitiuam in-
ſtituit præſentatum nominibus propriis reiecto præ-
ſentato nomine officij.

Hanc eamdem diſtinctionem agnouit ac ob oculos
ponit dicta ſententia Ordinarij ſucceſſiuè lata inter
præſentatos. Primò quia loquendo de Hieronymo
Nauarro illius authores deſignat per nomen colle-
ctiuum officij, ibi *præſentatum per Iuſtitiam, & iuratos Villæ de Linares,* authores verò Gaſparis Sanchez ex-
ponit per nomina particularia, ibi, *præſentatum per Gaſparem Gargallo, Michaelem Sanchez, Iuſtitiam, & Bartholomeum Thena iuratum Villæ de Linares,* & hic
aduertendum præterea eſt quod Ordinarius in perſo-
na Gaſparis Sanchez admiſit ſimul, & ſemel præſenta-
tionem Gaſparis Gargallo, qui non erat officialis ac
nomine proprio tanquam conſanguineus præſenta-
uit, & præſentationem Michaelis, & Bartholomei,
quam admittere non potuiſſet, ſi ad nomen officij re-
ferretur, quia ex lege fundationis non dabatur con-
curſus inter conſanguineos, & officiales, cum officia-
les non ſint vocati niſi in caſu deficientiæ omnium
5 conſanguineorum, † quæ excludebatur per exiſten-
tiam Gargallo admiſſi ad præſentandum, nec in toto
proceſſu tunc compilato probata legitur probarique
debuiſſet, vt præſentatio nomine officij per ſenten-
tiam Ordinarij confirmaretur *Peregr. conſ. 26. num. 24. lib. 1. Seraph. deciſ. 1458. n. 1. Caualer. deciſ. 558. nu. 1. & 3. Rot. deciſ. 25. num. 4. part. 6. recent.*

Secundò, quia ſententia fieri non poterat ad fauo-
rem Gaſparis Sanchez ſi præſentatus fuiſſet nomine
officij; cum enim præceſſiſſet eodem nomine præſen-
tatio in perſonam Hieronymi Nauarro, à qua præ-
6 ſentantes non potuerunt recedere, quia ius variandi †
conceſſum laicis prædicatur de variatione cumulati-
ua non autem priuatiua; *Cap. cum autem vbi Abb. num. 2. cap. quod autem, & ibi Abb. num. 3. de iure patr. Rochus de Iure patron. verb. honorificum quæſt. 9. num. 30. Lambert. eod. tract. 2. par. 2. lib. 21. articulo 7. quæſt. ſub num. 3. & per tot. Garz. de Benef. part. 5. cap. 9. num. 214.*
7 *& alij allegati per addent. ad Bart. deciſ. 942. num. 6.*
Nec cenſetur receſſum, † quamuis non exprimatur
quod ſecunda præſentatio ſit cumulatiue *Lapus allegat. 78. num. 6. Rocch. d. verb. honorificum quæſt. 13. numer. 38. Guttier. de Iuram. confirmatorio par. 3. cap. 13. num. 5.*

Debuiſſet inſtitui Hieronymus, quia præſentatus
fuerat ne dum à Michaele, & Bartholomeo, qui ſecun-
do loco præſentarunt Gaſparem Sanchez, Sed etiam
Io. Lazzaro qui non interuenit in ſecunda præſenta-
tione, & ſic Hieronymus habebat maiorem partem
8 vocum, quæ præualet, † licet præſentatus à minori
parte maioribus qualitatibus polleret *cap. 3. iunct. gloſ. verb. qui maioribus de Iure patr. Couarr. in reg. peccatum part. 2. § 7. num. 3. Gutther. Canonic. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 20. Garz. de Benef part. 9. cap. 2. nu. 257. Seraph.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*deciſ.875.num.2.Rot.deciſ.202.num.1.part.2.recent.* Et
gratis dicitur Ordinarium potuiſſe gratificari præ-
9 ſentato, quia gratificatio locum non habet † vbi
voces non ſunt æquales, nec Ordinarius proceſſit
per viam gratificationis, & prætulit Gaſparem, non
vti præſentatum à veris patronis.

Dùm itaquè Ordinarius reiecit Hieronymum
præſentatum nomine officij, qui ex prædictis inſti-
tuendus erat ſi iuſpatronatus ad officium ſpectaret,
patet, quod præſentatio in perſonam Gaſparis quem
inſtituit alio nomine facta fuit. Nec obſtat quod
Hieronymus dicatur reiectus pro ea vice quia exinde
confirmatur magis quod fuit reiectus ex non iure
officialium, nam ſi ex incapacitate præſentati proceſ-
ſiſſet reiectio, ea non fuiſſet reſtricta ad illam vicem
ſed perpetuo durante incapacitate, reſtricta tamen
fuit, quia Hieronymus poterat in alia vocatione præ-
ſentari à conſanguineis veris patronis. Rurſus non
obſtat quod impoſſibile ſit Michaelem Sanchez, Iu-
ſtitiam, & Bartholomeum Thenam Iuratum præſen-
taſſe Gaſparem alio nomine quam officij cum nuſ-
10 quam conſtituerit † illos eſſe conſanguineos funda-
tori, *ad tradita per Purpurat.conſil.14. numer.* 12. quia
11 hoc præſumitur † ex quo fuerunt admiſſi ad præſen-
tandum vna cum conſanguineis *vt bene in prox.term.*
*Buratt.deciſ.709.ſub numer.6.& prius deciſ.559.num.3.*
*facit Lambert.de iure patr.2.par.2.lib.4.art.* 10. *quæſt.*
*num.12.Theſ.Iun.quæſt.Foren.61.ſub numer.9. verſ. ſed*
*quando lib.1.*eo magis quia ex prædictis conſtat præ-
ſentaſſe nominibus propriis non autem officij, nec
è conuerſo probata fuit deficientia conſanguineo-
rum, quæ probanda erat vt præſentatio fieri poſſet no-
mine officij ex ſupra allegatis.

12 Probatur prærerea deſcendentia † authorum Io.
Gargallo à fundatore ex teſtibus coram diuerſis Iudi-
cibus, & per diuerſa tempora examinatis, & quamuis
aliqui fuiſſent nulliter examinati coadiuuant dicta
validè examinatorum, adeò quod omnes ſimul iuncti
13 † plenè probent in facto antiquo in quo ſufficiunt
etiam leuiores probationes deſcendentiæ *Garz. de*
*Beneſ.part.7.cap.15.num.30.in fin. & ſub.num. 34. verſ.*
*nec obſtat Viuian.de Iure pat.lib.11.cap.5.num.99.* Ma-
ximè iuncta præſentatione prædicta facta à Gaſpare
14 Gargallo Seniore de anno 1606. effectuata † per ſen-
tentiam Ordinarij *Buratt.d.deciſ.559.num.3.* Et in hoc
caſu quo vocatio conſanguineorum non eſt limitata
15 ad certum gradum ſed generica, † nec alius comparet
qui ſe conſanguineum prætendat ſufficit generica
probatio conſanguinitatis abſque alia graduum di-
ſtinctione *vt ex pluribus deciſionibus ibi relatis firmat*
*Garz. de Beneſ.d.cap.15.num.28.& duobus ſeqq.& ſequi-*
*tur Eſcobar.de purit.& nobilit.part.1.quæſt.9.§.3. num.*
*47.& 50.*

Non obſtat quod aliquæ depoſitiones teſtium fue-
rint extractæ à Valerio Gargallo intereſſato, quia hoc
fecit tanquam actuarius, & cum tempore produ-
16 ctionis † nihil fuerit in partibus oppoſitum, hodiè in
Curia opponi non poteſt *Put.deciſ.415.lib.1. & 11.lib.*
*2.in antiq.impreſſ.Rot.diuerſ.deciſ.209.nu.7.part. 4. &*
*in recent.deciſ.650.num.8.part.1.*

Et ita deciſum vtraquè parte informante.

## LEODIEN BENEFICII.

*Mercurij 9.Decembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus prætenſum ab habentibus iuriſdi-
ctionem in loco præſumitur ex vſurpatione ex
diſpoſitione Sacri Conc. Tridentini ſeſſ.25.de reform.
cap.9. quæ tamen Conciliaris diſpoſitio locum non
habet quoties Ordinarius non eſt in cauſa, nec quæ-
ſtio eſt ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, & ſic de bene-
ficij libertate, ſed ſuper pertinentia inter patronos, in-
ter quos Concilium nihil voluit innouare; Item nec
locum habet quando conſtat de Inſtrumento funda-
tionis; Iuriſdictio in loco beneficij ad hunc effectum
non probatur ex ſolo titulo honorico, vt multis
exemplis in deciſione comprobatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuſpatronatus præſumitur ex vſurpatione in habenti-
bus iuriſdictionem in loco beneficij iuxta diſpoſitio-
nem Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de reform.
cap. 9. quæ Conciliaris diſpoſitio procedit tam in
poſſeſſorio, quàm in petitorio.*

2 *Limita diſpoſitionem conciliarem non habere locum
quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec quæſtio eſt
ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, ſed tantum ſuper
pertinentia inter patronos, inter quos concilium ni-
hil voluit innouare.*

*Item nec locum habere quando conſtat de Inſtrumen-
to fundationis, num.10.*

3 *Probatio Iuriſpatronatus in perſonis priuatis non fuit
à concilio Tridentino alterata, vel innouata.*

4 *Nomina accipienda ſunt in ſignificatu, quo ſecundum
conſuetudinem Regionis accipi ſolent.*

5 *Iuriſdictio non probatur ex titulo Domicellæ in patria
Leodien.& in illis partibus; Item nec probatur ex
ſolo titulo honorifico nam multi abuſiuè denomi-
nantur honoris gratia ibid.*

6 *Canonicus Rauennaten. appellatur Cardinalis, & no-
mine Cardinalatus gaudet, quamuis talis non ſit.*

7 *Comites, & Marchiones multi appellantur, quamuis
Comitatum, & Marchionatum non habeant.*

8 *Iuriſdictionem habere non dicitur, qui nomen tantum
iuriſdictionis habet.*

9 *Nomen nudum caret omni effectu.*

11 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento apprahenſionis alio
in poſſeſſione non exiſtente, quod ſuffragatur etiam
ad effectum manutentionis.*

12 *Et præſumitur alium non poſſidere, niſi contrarium
probetur.*

13 *Item poſſeſſio probatur ex confeſſione aduerſarij peten-
tis quod poſſeſſor à poſſeſſione expellatur nam pri-
uatio præſupponit habitum.*

14 *Item probatur ex mandato de manutenendo, quod
non datur niſi poſſidenti.*

## DECISIO CLV.

DIe prima Iulij proximè præteriti deciſum fuit
coram me monſtare de attentatis commiſſis ab
Henrico Petiſian, & quod appoſito ſequeſtro videatur
de bono iure, quia Henricus pendente appellatione,
& poſt inhibitionem Rotalem innouauerat, & manu-
tentioni petitæ à Lamberto Gland præſentato à Do-
micella Maria de Loumfoſſe videbatur obſtare præ-
1 ſumptionem vſurpationis † quæ ex diſpoſitione *Sa-
cri Concilij Tridentini ſeſſ.25.de reform.cap.9.* cadit in
perſonis habentibus perpetuam iuriſdictionem qualis
reputari poterat Maria, cum appellaretur Domicella,
procedit tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ex
allegatis in dicta deciſione.

Verum hodie repropoſita cauſa ad inſtantiam eiuſ-
dem Lamberti conſtitit nos verſari extra caſum Con-
cilij Tridentini ex duplici capite. Primò quia
Ordinarius

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2 Ordinarius non eſt in cauſa,† neque eſt quæſtio ſuper exiſtentia iuriſpatronatus, & ſic de beneficij libertate, cui Concilium conſulere intendit, ſed ſuper pertinentia inter patronos inter quos Concilium nil voluit innouare; ideoquè ſeruanda eſt diſpoſitio iuris communis *Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 128. Barb. in Collect. ad Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. num. 21. Rot. deciſ. 522. ſub num. 3. verſ. minus obſtat par. 4. diuerſ. deciſ. 89. num. 3. coram bon. mem. Caual. deciſ. 179. num. 3. par. 3. recent. deciſ. 82. nu. 19. & 20. deciſ. 302. numer. 8. part. 7. recent. & in Cracouien. Iuriſpatronatus 28. Iunij 1641. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo.*

3 Secundò, quia non probatur † quod Domicella Maria ſiue eius authores habeant vel aliquando habuerint iuriſdictionem in loco in quo ſitum eſt beneficium vt probandum exaduerſo eſſet, quia in perſonis priuatis ex Concilio Tridentino non fuit alterata probatio iuriſpatronatus, quę alias de iure ſufficeret *Gabr. conſ. 192. n. 1. lib. 2. Barboſ. loc. cit. n. 23. Caualer. d. deciſ. 87. num. 1. deciſ. 560. n. 1. Rot. deciſ. 331. propè finem part. 2. diuerſ. deciſ. 374. n. 1. part. 2. recent. & in aliis allegat. per Adden. ad Burat. deciſ. 142. num. 19. & 14.*

Neque probatio iuriſdictionis elici poteſt ex titulo Domicellæ quo Maria nuncupatur, quia in illis regionibus inoleuit vſus ita nuncupandi quaſcumquè mulieres, quæ non ſunt infimæ plebs, vt patet ex fide plurium Curialium Leodienſium ſum. Lamberti nu. 7.
4 & nomina accipienda ſunt in eo ſignificatu † quo ſecundum conſuetudinem regionis accipi ſolent *Grat. diſcept. 78 nu. 29. Pelaez de maioratu prima parte initio num. 168. Excobar. de puris part. 1. quæſt. 4 ſub n. 2.* Præter quod regulare eſt quod iuriſdictio non pro-
5 batur,† ex ſolo nomine honorifico, quia multa abuſiuè denominantur vel tantum honoris gratia *vt in l. 2. & ibi gloſſ. verb. Magiſtro C. vt dignit. ord. ſeruet. lib. 12.* eſt exemplificat *gloſſ. in c. pudor verb. principem*
6 *mundi 32. quæſt. 2.* in Canonico Rauennate † quem Papa, & alij appellant Cardinalem & tamen certum eſt eum non fungi authoritate Cardinalis ſed gaudere ſolo, & ſimplici nomine Cardinalatus vt *notat Zabarella in clem. 2. num. 1. de celebrat. Miſſar. Abb. in cap. accedente ſub num. 2. & ibi Add. col. 2 littera A. de præſcript.* & multi appellantur Comites, & Marchio-
7 nes, & ſi non habeant Comitatum aut Marchionatum *Decian. conſ. 19. num. 120. lib. 3. Ciriac. controu. 201. num. 92. & 97.* Non itaquè eſt habere iuriſdictionem ſi
8 ſolum iuriſdictionis † nomen habeatur ſicut in ſimili Cicero de Clar. Orator ait, *non eſt habere honorem ſi honoris tantum nomen habeas*; Idemque in Acled. primo, ait *parum eſt dignitatis nomen tenere, ſi ab ipſa re*
9 *diſtas*; nudum enim nomen † caret omni effectu *l. 2. § ſed ſi ſint ſui ff. ad Tertull. Bald. in l. fin. § in Computatione ſub. num. 19. C. iur. delib. Iaſ. conſ. 192. ſub num. 29. lib. 2.*

Ex quibus ſublato obſtaculo vſurpationis præſumptæ à Concilio Tridentino, cui cominus locus eſt
10 † quia conſtat de inſtrumento fundationis DD. dixerunt dandam eſſe manutentionem Lamberto præſentato à Domicella Maria cum de ſua poſſeſſione doceat tum ex publico inſtrumento apprehenſionis
11 † quod alio non poſſidente poſſeſſionem manutenibilem probat *l. predia vbi notant omnes ff. acqu. poſſeſſ. Caualer. deciſ. 478. num. 2.* Et quod alius non poſſide-
12 ret † præſumitur niſi contrarium exaduerſo probetur *Seraph. deciſ. 322. num. 3. deciſ. 1065. num. 2. Add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 268. ſub num. 10. Rot. inter impreſſ. poſt tract. Moder. Peruſini de manutenend. deciſ. 37. n. 1. deciſ. 167. num. 6. deciſ. 328. num. 1.*

Tùm ex petitione aduerſarij inſtantis quod Lam-
13 bertus expelleretur à poſſeſſione,† vnde reſultat confeſſio quod poſſidebat, quia priuatio præſuponit habitum *l. manumiſſiones ff. iuſt. & iur. Seraph. dec. 1176. n. 6. Burat. dec. 160. n. 5. dec. 491. n. 2.* Tum tertio ex man-
14 dato de manutenendo † quod Lambertus reportauit in partibus ab Ordinario, non enim datur niſi poſſidenti *Caualer. deciſione 217. numer. 2. deciſ. 501. num. 1.*

Et ita recedendo in hac parte à prima deciſione deciſum fuit Lamberto tantum informante, quia Henricus aduerſarius pluribus citationibus laceſſitus non comparuit.

## ROMANA CONCORDIÆ.

*Lunæ 14. Decembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Multa in hac deciſione obiiciuntur ad probandum non adimplementum promiſſum, ſed firmatur de eo conſtare per æquipollens, quod ſufficit ad euitandam exceptionem non implementi.

### SVMMARIVM.

1 *Liberatio promiſſa ſi ſequatur cum præſeruatiua Iurium non dicitur pura, nam poſſibile eſt naſci lites in futurum.*
2 *Liberatio promiſſa intelligitur tam à moleſtiis de præſenti quam de futuro.*
3 *Liberatio ampliſſimis verbis concepta dicitur pura, & abſoluta, itaut ſit liberatus à quibuſcumque moleſtiis.*
4 *Interpetratio qualibet ſumenda eſt vt effectus contemplatu ſequatur, qui magis attendendus venit, quam verba.*
5 *Reſtitutio in integrum competit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ aduerſus præſcriptionem non completam in vita defuncti.*
6 *A ſcientia vnius inſtrumenti non bene infertur ad ſcientiam alterius.*
7 *Præſcriptio non currit contra non valentem agere.*
8 *Euictio ſequuta non dicitur ſi rei proprietas, vel poſſeſſio non amittatur.*
9 *Obligatus de euictione ſortis principalis cenſus tantum, non tenetur ad fructus euictos, & ſit vltra conuenta.*
10 *Verbum Oppoſitum inter res quæ ceduntur ſtat augumentatiue, & diſiunctiue.*
11 *Et iunctum verbo* Altera *denotat quid diuerſum ab antea expreſſis.*
12 *Bona fideicommiſſo ſubiecta probantur ſi fuerunt à fideicommittentibus, & deinde ab eorum ſucceſſoribus in fideicommiſſo poſſeſſa.*
13 *Ceſſio continens verba* per qualſiuoglia raggione *comprehendit omnem titulum, ac omne Ius imaginabile.*
14 Deciſio 28. coram Reuerendiſſ. Vrgellen *quo caſu loquatur?*
15 *Mandatum executiuum ab A. C. relaxatum pendente lite in Rota eſt attentatum.*
16 *Excipere nequit de non adimplemento is, cuius nihil intereſt.*
17 *Creditum illiquidum eſt inexequibile.*
18 *Retentio reiconceſſa donec lites inter partes terminentur, illis terminatis, tanquam temporalis expirat.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

19 *Decretum ſeu reſcriptum prouiſionale expirat, ſequuto effectu contemplato.*

20 *Prout etiam expirant decretum irritans, & aliæ clauſulæ acceſſoriæ dicto reſcripto.*

21 *Clauſula ſine præiudicio Iurium intelligenda eſt quatenus Iura competunt.*

22 *Excipiens de non adimplemento non ſufficit alegare poſſibile.*

23 *Exceptio non implementi non eſt probanda per poſſibile, ſed concludenter cum in ea excipiens ſit actor.*

24 *Cautio præſtita fauore alicuius eum reddit tutum, & ſecurum ab omni damno.*

25 Dos vig. auth. res quæ C. commun. de legat *detrahenda eſt ex bonis fideicommiſſi, & ante omnia debita hæredis grauati.*

26 *Obligatio dotandi ex bonis fideicommiſſi cum formetur originaliter in perſonam fideicommittentis, qui ſi viueret dotare teneretur, & cum inhæreat bonis tranſit ſucceſſiue in vocatos.*

27 *Creditores fideicommittentis in concurſu cum creditoribus hæredis grauati, ſemper veniunt præferendi.*

28 *Obligatio ſiue promiſſio deliberando cenſum aſſignatum adimpleta dicitur ſiue per renunciationẽ eius, qui ſuper cenſu habet Iura, ſiue per ſolutionem ſortis principalis pro qua cenſus fuit aſſignatus,*

29 *Exceptio non implementi opponi nequit ſi omnia promiſſa per æquipollens apparent adimpleta.*

## DECISIO CLVI.

DOminis coniugibus à Cornea non acquieſcentibus reſolutioni Rotæ ſub die 27. Aprilis proximè præteriti, propoſui iterum cauſam ſemper eiſdem, & in hac repropoſitione informantes pro dd. Coniugibus opponebant non ſuffragari quoad cenſum de Peruſchis liberationem factam à Rapacciolo.
1 Primò quia non eſt pura † ſed continet præſeruatiuam
iurium Rapacciolo competentium, ex qua cum poſſibile ſit naſci lites in futurum non dicitur cenſus li-
2 beratus, nam promiſſio liberationis † intelligitur
tam à moleſtiis de præſenti quam de futuro *Gabr. conſ. 72. num. 8. ad med. & num. 9. lib.* 1.

Cui obiecto viſum fuit Dominis ſatis reſponſum in præcedenti deciſione nempè quod præſeruatiua iurium intelligenda eſt de aliis præter expreſſe renunciata, nam Rapacciolus conſcius deciſionis Rotalis in qua dictum fuerat præcedentem liberationem quam fecerat non ſuffragari Caietanis, eo quod pura non erat, obiectum hoc voluit penitus de medio tollere ibi *hauendo hora viſta la deciſione vſcita vltimamente, &c. dichiaro con la preſente, & che renuntiando io come rinuntio alla ſudetta conditione in ordine, & all' effetto di che ſi tratta nella ſudetta deciſione, libero puramente, e ſemplicemente il cenſo ſopradetto da tutte le pretenſioni, e ragioni che à detto Sig. Pietro, & à me, &c. in qualunque modo ſi poteſſero competere, &c.* Si itaque renunciauit vt suppleret, & per hanc liberationem quicquid defuiſſet in prima, vtquè ſatisfaceret deciſioni Rotali hoc eſt Caietanis nil ſupereſſet quod implere deberent quoad promiſſam liberationem Cenſus à iuribus Rapaccioli niſi diceremus præſeruatiuam referri ad alia iura præter expreſſe renunciata, reſiſteret
ne dum ratio recti ſermonis ampliſſimis verbis † con-
3 cepti ibi *libero puramente, e ſemplicemente, &c. ad text. in l. liberari Cod. ſolut. Soccin. conſ. 43. num. 13. lib. 4. Buratt. deciſ. 354. num. 6.* ſed etiam explicita Rappaccioli voluntas, cum ſequi non poſſet effectus implementi ab ipſo contemplatus, qui vt ſequatur omnis
4 interpretatio † ſumenda eſt, magiſquè attendendus
quam verba *leg. inſulam ff. præſc. verb. l. ſi vno in princ. ff. locat. Bald. in rub. C. de iur. Emphit. n. 15. Iaſ. in l. 1. n. 45. C. eod. Cuman. in l. ſi quis ante §. 1. num. 3. & 4. ff. acq. poſſeſſ. Ruin. conſ. 160. n. 11. lib. 1. Surd. conſ. 243. n. 2. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 2. n.* 20

Secundò obiiciebatur quod ob non factam hactenus plenam liberationem à iuribus Rappaccioli deteriora reddita ſunt iura Cenſus cum fuerit præſcriptus regreſſus pro eius fructibus quondam ſtipulatus ad fructus Caſalis Capicottæ. At hæc quoque quoque difficultas viſa fuit ſublata ex deciſione præterita me-
5 diante ſcilicet reſtitutione in integrum, † quæ com-
petit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ aduerſus præſcriptionem non completam in vita defuncti vt præter ibi allegatos *Grat. diſc. 403. n. 35. & ſeq. Rot. inter impreſſ. apud Cinc. de Cenſibus deciſ. 303. n. 7.*

Nec ignorantia excluditur ex quo Domini Coniuges aduerſarij præſentes fuerunt venditioni huius Cenſus Rapacciolo factæ à Proſpero, quia, & ſi exinde præſumi poſſet ſcientia omnium in inſtrumento venditionis contentorum, non tamen præſumeretur ſcientia regreſſus præfati, qui nec ibi, nec in inſtrumento Cenſus continetur, ſed in alio ſeparato nempe immiſſionis, quam longè poſt Proſper obtinuerat in poſſeſſionem quorumdam bonorum debitoris, nam à
6 ſcientia vnius inſtrumenti † non bene infertur ad
ſcientiam alterius *l. non eſt ferendus ff. tranſact. Surd. conſ. 150. ſub num. 133. Ciriac. controu. 327. num.* 13. præter quod probandum exaduerſo eſſet eueniſſe caſum regreſſus, quia alioquin gratis allegatur præſcriptio
7 † cum non currat non volenti agere *l. 1. §. fin. C. annal.
excep. l. cum notiſſimum §. illud & §. in his Cod. præſcript. trig. vel quatr. annal. Surd. deciſ. 236. num.* 14. *Caualer. deciſ. 213. num.* 6.

Tertiò allegabatur euictio eiuſdem Cenſus ob debita Proſperi quia nimirum illius creditoribus ſoluti fuerunt fructus Cenſus, & Rapacciolus ob moleſtias ſuper hoc Cenſu receptas curauit poni ſub aſta Cenſum DD. de Vrſinis. Sed neutrum probat euictionem, quia non concludit per neceſſe amiſſionem proprietatis aut poſſeſſionis Cenſus, ſine quorum al-
8 tero † non dicitur ſecuta euictio *l. emptorem §. idem
Eratius l. datio in princ. ff. act. empt. cum aliis allegat. in deciſ.* & quod fructus fuerint euicti non pertinet ad
9 Caietanos, qui ſolum de euictione ſortis † non au-
tem fructuum teneri voluerunt, nec tenentur vltra conuenta *Rota deciſione* 136. *numer.* 14. *part.* 5. *recent.*

Quo verò ad temperamentum ſeu facultatem adimplendi ex prætio Rocchegurgæ inueſtito in locis montium euitari non poteſt ſub prætextu quod ex dicto prætio detrahendus ſit valor bonorum allodialium quæ Caietanis ceſſiſſe coniuges negant. Imò enim, & illa ceſſa fuiſſe apparet ex verbis concordiæ ibi *cede, &c. ogni e qualunque dominio, e poſſeſſo del Caſtello di Roccagorga con tutti i ſuoi membri pertinenze iuriſditioni, attioni, ragioni, ò altra coſa che in qualſiuoglia mode habbiano, ò poſſano hauere, ſi per ragione di doti, ò per qualſiuoglia cagione penſata, ò non penſata, &c.* ponderando præſertim, quod coniuges ne dum ceſſerunt Caſtrum *con tutti i ſuoi membri pertinentie, iuriſditioni, attioni, e ragioni,* quæ cõprehendunt omne id quod eſt acceſſorium Caſtro ſed vltro ſubdiderunt, *ò altra coſa che in qualſiuoglia modo habbiano, ò poſſano hauere, &c.* verbum enim, Oppoſitum inter res
10 † quæ ceduntur ſtat augumentatiuè, & diſiunctiuè

*l. cum*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*l.cum quidam ad fin. verſ.ſed hoc, & ibi gloſſ. verb. in-*
*corrupta Cod.verb.ſignif. Barb. dict.46. num. 13. Rolan.*
*conſ.99.num.56. lib.4. Honded.conſ.36.num.17. lib.2.* &
11 junctum verbo *altera* † denotat quid diuerſum à feu-
dalibus proxime ante ſigillatim expreſſis *Grat.diſcept.*
*560.nu.35.vſquè ad 39 Natt.conſ.547.n.22.Menoch.conſ.*
*335.n.18. Surd.conſ.303.n.33.& ſequen.facit Rota dec.149.*
*n.3.par.1.diuerſ.*

Eo magis quia ſtatim ſequuntur verba *ſiper ragion*
*di dote, &c.* nam expreſſio jurium dotis, quæ non niſi
ſuper allodialibus cadebant demonſtrat fuiſſe in ceſ-
ſione comprehenſa jura cedentibus competentia ſu-
per allodialibus, maximè quia ipſa allodialia conſi-
gnata fuerant conjugibus pro dote, eamque Cajetani
in dicta concordia ſoluerunt de pecuniis hæreditariis,
nec veriſimile eſt quod ſoluiſſent niſi recuperaſſent
allodialia, quæ prius aſſignauerant in dotem, quæ-
que Cajetanis debebantur etiam vigore fideicommiſ-
12 ſi cui ſubjecta probantur, † ex quo fuerunt poſſeſſa à
fideicommittentibus, & deinde ab illorum ſucceſſo-
ribus in fideicommiſſo *Bald.conſ.89.nu.4.lib.1. Fuſar.*
*de ſubſt.qu.618.nu.45. Rot.coram ſan.mem. Gregor.XV.*
*deciſ.575. num.8. & ſeq. & par.5. recent. deciſ.42.num.*
*3.& ſeqq.*

Accedentibus vltrò poſtremis verbis, ibi, *ò per*
13 *qualſiuoglia ragione* † ſub quibus comprehenditur
omnis titulus ac omne jus imaginabile *l. qui autem §.*
*fin.ff.conſt.pecun.Gozzad.conſ.142.num.22. Decian.conſ.*
*44.nu.15.lib.4.conſ.35.n.23.& ſeq.lib.3.Tiraquell.retract.*
*ligniag.§.1.gloſſ.7.num.20. & ſeqq. Rot.deciſ.36.num.4.*
*& 5. part. 5. recent.* & quibus omnibus ſimul junctis
clarum redditur quod conjuges voluerunt ſe penitus
expoliare bonis omnibus ſiue feudalibus ſiue allodia-
libus, quæ ibi poſſidebant, & ideò è conuerſo Cajeta-
ni illis ſoluerunt ingentem ſummam ſcut. 29700. vn-
de nullatenus applicatur *dec. 23. coram Reuerendiſſimo*
14 *Vrgellen.* † vbi conceſſa ſimpliciter fuerant Caſtra cum
terris, & territoriis eorum.

Nec pariter dettrahenda ſunt ſcut.6000. pro quibus
occaſione multiplici Caſtri Normarum conjuges ob-
tinuerunt mandatum executiuum ab A. C. quia man-
15 datum eſt attentatum † vti relaxatum pendente lite
in Rota; & licet Cajetani dictam ſummam deberent
multiplico; quia tamen illud fieri nihil intereſt con-
jugum, cum jura multiplici ceſſerint Cajetanis non
poſſunt ex hoc capite excipere de non implemento
16 ſiue non ſolutione dictorum ſcut. 6000. aut inſtare
quod ſoluantur *ad tex. l. illo à quo ff. ad Trebell.* & in
terminis exceptionis non implementi *Aym. conſ. 59.*
*ſub num.2. Surd.deciſ.265. num. 39. Add. Gregor. XV.*
*deciſ.347.num.20.Rot.deciſ.127.num.3. apud Zacch.de*
*oblig.Cam.*

Tandem detrahenda non ſunt ſcut. 5000. quæ Do-
minus Fabius ſoluit Creditoribus Proſperi; nam in
concordia fuit conuentum, quod quia Domini Ca-
jetani prætendebant fructus ex Caſtro perceptos à
conjugibus, & deſuper difficultas cadere poterat, de-
beant quidem refici Fabio debita Proſperi quæ ſolue-
rit, ſed quo ad quantitatem fieri debeant bilancium,
& omnis difficultas remittatur arbitrio Cardinalis Ca-
jetani tunc viuentis, & Reuerendiſſimi Domini Sa-
crati Epiſcopi Comaclenſis, & in alia ſcriptura anni
1639. exaduerſo producta ac data in *ſum. Caiet.nu.7.*
dicitur quod ſolutiones factæ à Fabio Creditoribus
Proſperi venient attendendi in calculo debiti, & cre-
diti faciendo inter partes. Donec igitur pendet arbi-
trorum Iudicium, & Calculus inter partes, creditum
17 Fabij eſt in hac parte illiquidum, † & inexequibile
*Anchar.conſ.235.n.1.in fin. Aym.conſ.275.nu.13. Facchin.*
*Controu.Iur.lib.8.cap.58.verſ.ſed hoc fundamentum Bu-*
*ratt.dec.123.nu.6.dec.637.n.12.*

Suppetit itaquè prætium Rocchegurgæ ex quo
ſolui poſſit conjugibus tàm ſors deficiens in Cenſu
de Peruſchis vna cum fructibus quam ſors Cenſus
ſcutorum 12. m. Dominorum de Vrſinis, nec non cre-
ditoribus Proſperi qui obtinuerunt mandata executi-
ua juxta temperamentum deductum in vltima deci-
ſione, quod iterum Domini amplexi ſunt, non obſtan-
tibus oppoſitionibus conjugum. Non enim obſtat
quod illud ſit impraticabile, eo quod conjuges vi-
gore Chirographi Sanctiſſimi ſuper venditione Caſtri
Rocchegurgæ non debent amoueri à poſſeſſione præ-
tij donec fuerint de dote ſatisfacti neque cogendi
ſunt recipere in ſatisfactionem loca montium vincu-
lata; Quia aduertendum eſt, quod Chirografus ema-
nauit principaliter pro ſubſtinenda venditione Caſtri,
& ſubrogando prætio reinueſtiendo oneribus quibus
Caſtrum erat obnoxium; quia autem idem Caſtrum
poſſidebatur à Conjugibus donec controuer-
ſiæ pendentes cum Cajetanis terminarentur voluit
Papa quod pariter retinerent prætium ſubrogatum
ſub eadem temporalitate, & ſine prajudicio jurium
partium, ibi, *nel modo, e forma che riteneuano il Ca-*
*ſtello, &c. ſin tanto che ſarà altrimente trà le parte giu-*
*dicato*, vnde dum hodie terminantur dictæ contro-
uerſiæ ac negocium principale inter partes, expirat
18 retentio † illa temporalis conjugum, & reſcriptum
19 prouiſionale † Chirografi *ad tex. in l. fratres ff. pen.*
*Angel.in l. ſi vnus §. ſi cum reo nu.1. & ſeq. ff.pact. Surd.*
*conſ.294. num.9. deciſ.175. num.2.* & in terminis ſimilis
reſcripti *Rot. in Recanaten. prædij 14. Maij 1635. coram*
*R. P. D. meo Carillo*, ſimulquè expirat decretum ir-
20 ritans, & aliæ clauſulæ acceſſoriæ † dicto reſcripto
*Couar. in cap.quãuis pactum part.2.§.2.n.6.de pact. in6.*
*& prat. quæſt. cap. 9. num. 7.Put. deciſ. 8.n.2. lib.2.*

Quo verò ad receptionem locorum montium vin-
culatorum mandat explicite Chirografus, quod illa
conjuges recipiant, ibi, *che detta Maria Madalena*
*e Fabio ſiano tenuti alle coſe ſudette, &c.* & licet ſub
datur, *ſenza pregiuditio delle ragioni che li competono*
*contro i Caietani*, hoc intelligendum eſt quatenus a-
21 liqua jura † competant contra Cajetanos *Oldr. conſil.*
*214.num.2.& 3. Ruin.conſ.99.nu.10. lib.1. Aym.conſ.29.*
*num.8.* Sed non competunt, quia moleſtiæ credito-
rum Proſperi ad quas remouendas deciſum fuit Caje-
tanos compelli poſſe per Conjuges ceſſabunt per aſ-
ſignationem tot locorum montium ex dicto prætio
Rocchegurgæ quæ creditores recuſare non poſſunt,
& hypothecam ſpecialem aliorum locorum pro ſecu-
ritate moleſtiarum, quæ ab aliis creditoribus ejuſdem
Proſperi in futurum poſſent inferri ex allegatis in vlti-
ma deciſione §.quo ad ſummam.

Libertas aſſignamentorum promiſſa Conjugibus
quaquè major prætendi non poteſt ex Chirografo ea-
dem in effectu eſt in his locis montium, & in cenſibus
alias per Conjuges acceptatis; nam etiam cenſus ſub-
jacent euictio Caſtri Normarum pro vt loca montium
euictioni Rocchegurgę; vtraq; euictio pendet ab eiſ-
dem caſibus etiam ex natura rei ſiue ex facto Principis,
vt patet ſumm. Cajetani nu. 13. & ex parte venditoris
periculum eſt idem, quia idem eſt venditor. Nec obſtat
quod prætium Rocchegurgæ hypothecatum ſit pro
euictione Normarum nec non in caſum quo homines
Communitatis nollent ſe obligare ad molendum in
Molendino Domini, & ſpatio tredecim annorum de-
curſo inter vnam, & alteram venditionem poſſibile ſit
venditorem contraxiſſe alias hypotecas præter con-
tractas ante venditionem Normarum.



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Quia ab euictione Normarum loca montium em-
pta ex prætio Rocchegurgæ ſecura ſunt tum ex juri-
bus Druſiliæ longè anterioribus, tum ex quo in litte-
ris patentibus hoc vinculum expreſſum non legitur,
& alias eidem non ſubjacent juxta nouiſſimam Con-
ſtitutionem Sanctiſſimi. Homines Communitatis
jam ſe obligauerunt ad molendum in dicto Molen-
dino ſum. Cajetani num. 12. alias vero hyppthecas
fuiſſe medio tempore contractas gratis allegatur, vt-
què illarum reſpectu aduerſus Cajetanos excipi poſſit
22 de non implemento † non ſufficit allegare poſſibile
in puncto *Rot. in Senogallien. prædij* 18. *Maij* 1618. *co-
ram Mart. Andrea* §. *poſtremo*, vbi dicitur ratio, quia
23 exceptio non implementi, non eſt probanda † per
poſſibile, ſed concludenter cum in ea excipiens ſit a-
ctor, *l. 1. vbi Bart. ff. except. Corn. conſ. 223. nu. 7. in fin. &
ſeq. lib. 6. Pariſ. conſ. 45. n. 2. lib. 1.*

Et ex abundanti conſentiunt Cajetani, quod alia
loca montium vinculentur arbitrio Rotæ pro ſecuri-
tate conjugum à moleſtiis, quas alij creditores Proſ-
peti, eſto quod aliquando detegerentur poſſent in-
ferre, quodque etiam cenſus ſcutorum 12. mil. debitus
ab Vrſinis, quem juxta temperamentum conjuges re-
trocedere debent Cajetanis maneat hipothecatus pro
eadem ſecuritate, vnde pinguius conſulitur prætenſæ
liberationi à poſſibilibus hypothecis creditorum cum
24 ad hunc effectum ſufficiat cautio per quam † conju-
ges ſecuri reddantur ab omni damno, *l. ſi poſt C. euict.
Alex. conſ. 65. nu. 4. & 5. lib. 5. Grat. diſc. 113. n. 44. Seraph.
dec. 1242. num. 2. Greg. XV. deciſ. 295. num. 1. & 3. & ibi
Add. nu. 5.*

Atque hinc nil facit, quod ſuper prætio Rocche-
gurgæ impoſitum ſit recipientibus onus cauendi de
reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus Pro-
ſperi, quia dum non apparet an creditores adſint ſa-
tis conjuges mediante d. vinculatione montium, &
cenſus Dominorum de Vrſinis aſſecurantur aduerſus
omnem poſſibilem reſtitutionem, majoremque ſe-
curitatem in hoc habent intus, quia ipſi ſunt ante-
riores, & potiores aliis creditoribus, ne dum ratione
temporis, ſed etiam quia ſunt creditores dotis, quæ
vigore *Auth. res quæ C. comm. de legat.* detrahenda eſt
25 ex bonis † fideicommiſſi qualia ſunt iſta ante omnia
debita Proſperi hæredis grauati; Cum enim obliga-
26 tio dotanti † formetur originaliter in perſonam fidei-
committentis, qui ſi viueret dotare cogeretur, & in-
hæreat bonis tranſiit in vocatos cum eo prioritatis
priuilegio, quod habent cæteri creditores fideicom-
27 mittentis in concurſu † cum creditoribus hæredis
grauati medio tempore creatis in puncto *Seraph. dec.
693. num. 1. & per tot. Rot. deciſ. 28. num. 2. par. 5. recent.
dec. 312. numer. 16. par. 6. & in Romana dotis* 13. *Februarij*
1640. *coram Eminentiſſ. D. Cardin. Panzirolo, & notat.
Caſtr. in dicta Auth. res quæ nu.* 10. *Fulgoſ. n. 2. Dec. conſ.*
519. *nu.* 3. Sed quod etiam præſtat Chirographus San-
ctiſſimi, in quo mandatur, quod prius ſatisfiat con-
jugibus deinde aliis creditoribus.

Tandem non obſtat, quod minor ſit redditus mon-
tium, quam cenſuum aſſignatorum, quia Cajetani
non promiſerunt certum redditum, ſed pecunias vi-
delicet ſcuta 29. mil. & 700. eaque partim ſoluerunt
in cenſibus; & ſicuti ſi cenſus redimerentur à debi-
toribus conjuges non poſſent petere à Cajetanis, vt
manutenerent eundem redditum, ita nec in caſu
præſenti, cum Cajetani eſto quod cenſus non repe-
riantur liberi ſatisfacere dicantur eorum obligationi
28 ſiue cenſus liberent per renunciationem † eorum qui
deſuper habent jura, ſiue per ſolutionem ſortis prin-
cipalis, & quantitatis pro qua cenſus aſſignati fue-
runt, vt per *Bald. in l. ſi traditio numer. 7. Cod. act.
empt. Ruin. conſ. 141. numer. 9. prop. fin. lib. 1. Rimin. ſen.
conſ. 297. num. 10. & ſeqq. Grat. diſcept. 301. num. 5. Rot.
coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 88. num. 3. & ibi add.
num. 10.* Et omne damnum quod conjuges parentur
ob minorem redditum montium, poteſt emendari
ſupplendo, quod deeſt per aſſignationem tot fructuum
ex aliis locis montium donec cenſus à debitoribus
redimantur.

29 Ex quibus cum per æquipollens impleantur † o-
mnia promiſſa à Cajetanis, vt poteſt ad euitandam
exceptionem non implementi, *Seraph. dec. 1243. nu. 2.
Mant. deciſ. 270. nu. 3.* nec æquitas patitur vt conjuges
retineant rem, & prætium Rota ſtetit in deciſis vtraq;
parte informante.

## LAVRETANA DOMVS.

*Lunæ 14. Decembris 1643.*

### ARGVMENTVM.

Maritus vendere nequit rem propriam vxoris, &
quæ dotalis non eſt, & ex quibus ratificatio vendi-
tionis excludatur? Alienatio bonorum Fideicommiſ-
ſi pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris, vt ſubſtineatur
requiritur, quod de ære alieno aliundè conſtet, quam
ex partium confeſſione, ne ſit in earum arbitrio fi-
deicommiſſum euertere, & vlterius quod creditores
vrgeant. Sententia lata contra mortuum ſubſtinetur
in prophanis, niſi probetur mortem deueniſſe ad noti-
tiam Iudicis, vel partis, & ſaltem ſubſtinetur quoad
viuum litis conſortem mortui.

### *SVMMARIVM.*

1 *Res iudicata inducta cenſetur ſi appellans ſpatio qua-
driennij acta non tranſportauit, nec minus fatalia
prorogari curauit cum tamen ad hunc effectum tri-
ennium ſufficiat.*

2 *Maritus vendere nequit rem propriam vxoris, ad
ipſam ſpectan. vigore alicuius fideicommiſſi.*

3 *Stante præſertim expreſſa prohibitione alienationis, quæ
efficit, vt nec momento valida ſit alienatio ob reſi-
ſtentiam voluntatis Teſtatoris.*

4 *Ad ratificationem venditionis inducendam non ſuffi-
ciunt actus æquiuoci, & qui ad aliam cauſam, quam
ratificationis referri poſſunt.*

5 *Et requiritur ad hunc effectum ſcientia ſpecifica cum
omnibus ſuis qualitatibus.*

6 *Solemnitates neceſſariæ ſunt in ratificatione non ſecus,
ac in ipſo contractu principali.*

7 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro ſoluendo ære alie-
no Teſtatoris ſubſtinetur.*

8 *Æs alienum Teſtatoris aliundè probari debet, quam
ex aſſertione contrahentium, quibus non creditur,
ne ſit in eorum arbitrio ſub mendicato prætextu æ-
ris alieni euertere legem fideicommiſſi.*

9 *Et vlterius requiritur pro ſubſtinenda alienatione bo-
norum fideicommiſſi, quod creditores vrgeant.*

10 *Sententia lata contra mortuum valida eſt in propha-
nis niſi probetur, quod mors deuenerit ad notitiam
Iudicis, vel partis.*

11 *Et ſubſtinetur ſaltem, quoad viuum litis conſortem
mortui.*

12 *Mandatum de aſſociando obtineri poteſt à vendito-
re attenta reſeruatione dominij in Inſtrumento
venditionis cum dominium, & poſſeſſio retenta di-
cantur.*

13 *Con-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

13 *Contrahens cum aliquo vti procuratore alicuius, non poteſt deinde negare eum eſſe talem.*

14 *Exceſſus in executione probandus eſt ab allegante.*

15 *Venditio facta cum reſeruatione dominy operatur, vt ante ſolutionem pretij contractus tranſeat in locationem.*

16 *Melioramenta probata non dicuntur non conſtito de anteriori ſtatu.*

## DECISIO CLVII.

AD domum hæreditariam Marci Ferri, & ſubje-
ctam ſtrictiſſimo fideicommiſſo fauore Eliſabe-
thæ filiæ ejuſque deſcendentium, quam Antonius
ejuſdem Eliſabethæ vxoris nomine vendiderat Pau-
lo Siluanello reintegrari petentibus judicio ſpolij An-
tonio Maria, & aliis dicti Pauli filiis ex capite inju-
ſtitiæ, & nullitatis mandati tùm executiui, tùm de
aſſociando pro prætio rei venditæ relaxati contra
emptorem, emanauit ſententia abſolutoria A.C. con-
tra actores, quam cum Eliſabeth, & Marcus Ghinel-
lus rei conuenti allegarent in judicatum tranſiiſſe ne-
garetur autem exaduerſo, vel in omnem caſum præ-
tenderetur conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum
mihi commiſſæ, dubitaui, An conſtet de re judicata,
& affirmatiuè Rota reſpondit, eo quod ſpatio qua-
tuor ferè annorum appellantes acta non tranſporta-
1 runt, nec fatalia, prorogari curarunt vt debebant, †
cum tamen biennium ſufficeret ad conſtituendam rem
judicatam, *Auth. ei qui Cod. temp. appellat. cap. cum
ſit Romana de appellat. Clement. ſicut eod. tit. Rot. deciſ.
151. num. 1. par. 1. recen. & fuit dictum in Peruſina fidei-
commiſſi de Cineiis 21. Maij 1638. coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano.*

Et juſtitia ſententiæ viſa eſt patens, quia intentio
actorum fundatur ſolum in dicta venditione facta
Paulo eorum authori, quæ tamen fieri non potuit
2 ab Antonio viro Eliſabeth abſque ejus mandato † cum
domus non eſſet dotalis, ſed propria vxoris ex præ-
citato fideicommiſſo paterno, *Alber. in l. maritus n. 4.
in fin. Cod. procur. Alex. conſ. 90. numer. 5. lib. 2. Honded.
conſ. 66. num. 87. lib. 1.* Eo minus, quia fideicommiſſum
conceptum eſt ſub expreſſa alienationis prohibitione
3 quæ efficit, † vt nec momento valida fuerit alienatio
ob reſiſtentiam voluntatis teſtatoris, *gloſſ. in l. cum pa-
ter §. libertis verb. alienarent, & ibi DD. ff. legat. 2. Mo-
lin. de primogen. lib. 1. cap. 16. nu. 33. Peregr. de fideicomm.
art. 40. num. 5. Surd. conſ. 116. num. 18. Seraph. deciſ. 785.
n. 6. Canaler. dec. 81. nu. 6. & 108. num. 1.* itaut nec domi-
nium, nec poſſeſſio potuerit in emptorem transferri,
*Fuſar. qu. 718. nu. 25.*

Nec releuat prætenſa ratificatio mulieris reſultans
ex mandatis executiuo, & de aſſociando ſucceſſiuè
obtentis pro prætio venditionis, quia & hæc obtenta
fuerunt à viro abſque mandato vxoris, quæ eſto
quod ſciuiſſet à viro agi pro recuperatione domus,
imò quod dediſſet mandatum generale ad recuperan-
dum, & ad lites; quia potuit cogitare, quod recu-
peratio fieret, & lis ageretur ex capite nullitatis ven-
ditionis, tùm ob prohibitionem alienationis, exinde
4 elici nullatenus poſſet venditionis ratificatio, † ad
quam inducendam non ſufficiunt actus æquiuoci, &
qui ad aliam cauſam, quam ratificationis referri
poſſunt *Innoc. in cap. ſuper hoc num. 2. in fin. de renunc.
& ibid. Io. Andr. propè finem verſic. ſuper ſpoliatione
Ant. de Butr. ſub num. 22. Bart. in l. ſi per vim num. 2. vbi
etiam Alex. nu. 2. Cod. de his, quæ vi metuſve cauſ. fiunt,
Socc. conſ. 24. nu. 46. lib. 1.* & requiritur ſcientia ſpecifi-
5 ca † nedùm contentorum in venditione, ſed etiam
prohibitionis alienationis in teſtamento paterno, &
nullitatis contractæ ex ea reſultantis *gloſſ. in c. concer-
tationi verb. ſciuerint de appellat. in 6. Gabr. conſ. 36. n. 60.
lib. 1. Seraph. dec. 136. n. 2. Rot. dec. 139. n. 8. par. 1. dec. 109.
n. 8. par. 4. recen. dec. 410. n. 11. & 15. coram bo. me. Buratto;*
atque vltro ſolemnitates Conſtitutionis Carpenſis,
6 quæ † neceſſariæ ſunt in ratificatione non ſecus, ac
in ipſo contractu venditionis, *Gratian. dec. 981. nu. 44.
Seraph. dec. 1242. n. 1.*

Minus releuat, quod venditio facta fuerit pro ſol-
7 uendo † ære alieno teſtatoris *ad text. in l. filius-fami-
lias §. Diui il 2. ad fin. ff. legat. 1. l. peto §. prædium ff. leg.
8 2.* quia æs alienum non probatur † niſi ex aſſertione
contrahentium, quibus non creditur ne ſit in eorum
arbitrio ſub mendicato prætextu æris alieni euerte-
re legem fideicommiſſi, *Decian. conſil. 403. numer. 12.
Pariſ. conſ. 85. nu. 29. lib. 3. Rolan. conſ. 33. nu. 3. lib. 1. Rimin.
iun. conſ. 247. num. 37.* Neque conſtat quod creditores
9 vrgerent, † vt requiritur pro ſubſtinenda alienatione
bonorum fideicommiſſi facta ad effectum ſoluendi
debita Teſtatoris, *Gabr. conſ. 118. num. 5. lib. 1. Peregr. de
fideic. art. 40. nu. 25. Odd. eod. tract. quæſt. 33. art. 1. nu. 5. &
ſeqq. ad Gregor. XV. dec. 299. ſub nu. 6. & fuit dictum in
Romana fideicommiſſi de Zaccaris 14. Nouembr. 1639. co-
ram Reuerend. Domino meo Decano.*

Rurſus non obſtat nullitas ſententiæ, ſiue quia de-
ficiat monitorium, ſiue quia concipiatur etiam con-
tra perſonam Victoriæ qui tempore ſententiæ erat
mortua. Nam primum tollitur ex facto cum adſit mo-
nitorium ſuper reintegratione exaduerſo productum;
Alterum verò non nocet in prophanis niſi probetur
10 † quod mors deuenerit ad notitiam judicis, vel par-
tis, *Becc. conſ. 110. num. 2. Gratian. diſcept. 18. nu. 32. Guid.
Pap. deciſ. 86. num. 2. Gail. obſeruat. 109. num. 4. & ſeqq.
lib. 4. Caſtill. dec. 60. n. 14. lib. 1. Maſtrill. dec. 137. num. 13.
Buratt. dec. 241. num. 8. Rot. inter recent. deciſ. 38. num. 6.
11 par. 7.* Et in omnem caſum ſubſtineretur ſententia †
quoad viuum litis conſortem mortui, *Gabr. conſ. 56.
num. 15. & ſeqq. lib. 1. Becc. d. conſ. 110. in fin. Grat. d. diſc.
18. num. 26.*

Et ex his non obſtant objecta contra mandatum
de aſſociando, vel deliberationem factum vigore al-
terius mandati executiui, quia etiam illis circumſcri-
ptis ſententia ſubſtinetur, vt ſupra, & ex abundanti
ſubſiſtit quoque mandatum de aſſociando, quia niti-
tur reſeruationi dominij in inſtrumento venditionis
12 appoſitæ, cujus vigore † potuit obtineri, cum domi-
nium, & poſſeſſio retenta dicantur, *l. ſi eius ff. de ſer.
export. Bald. in l. creditores nu. 8. C. pignor. Grat. diſcept.
523. num. 15. & ſeqq. Rot. in Romana vinea 14. Maij 1636.
coram bo. me. Pirouano.*

Nec impugnari poteſt vti obtentum nomine vxo-
ris à marito ſine mandato, ſiue ob citationem Ghirar-
delli non legitimi procuratoris Siluanellorum, ſiue
ratione exceſſus ob vſumfructum competentem Mag-
dalenæ cujus nomine actum non fuit, & executio-
nem factam in aliis bonis vltra domum petitam.
Quia gratis exaduerſo negant maritum fuiſſe procu-
13 ratorem vxoris, † dum ex ejus geſtis conantur educe-
re, quod vxor ratificauerit venditionem, & cum viro
tanquam procuratore vxoris contraxerunt, vt per
*Gozzad. conſil. 3. numer. 19. Dec. conſ. 665. numer. 2. Surd.
dec. 104. num. 8. & ſeqq.* Citatio verò ne dùm executa
fuit contra Ghirardellum, quem eſſe procuratorem
conſtat ex deductis in Summario Siluanelli *numer.* 11.
ſed etiam contra principalesmet in partibus, &
proteſtatio nomine Siluanelli facta à Cornicio die 5.
Martij 1619. non afficit mandatum de aſſociando an-
tea relaxatum. Exceſſus tandem mandati de aſſociando



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ceſſat ex facto, quia Magdalena multo ante renuncia-
uerat jura ſua Eliſabeth, & executio mandati apparet
14 facta ſolum in domo cum tamen exceſſus † execu-
tionis exaduerſo probandus eſſet *Seraph. deciſ.* 1189.
*num.*1.*&* 2.*Rota dec.*405.*num.*1.*par.*3.*deciſ.*306.*nu.*26.*&*
27.*par.*7.*recent.*

Non obſtat, quod mandatum de aſſociando fuerit
relaxatum temporaliter donec pretium ſolueretur, &
ſolutum ſit ex penſionibus domus hactenus perce-
ptis, quia illæ acquiſitæ fuerunt Eliſabeth ratione
non crediti, ſed dominij competentis tam ex fidei-
commiſſo patris, quam ex reſeruatione dominij ap-
poſita in parte diſpoſitiua venditionis, qui operatur,
15 † vt contractus ante ſolutionem pretij tranſeat in lo-
cationem, *l.cum manu ſatu* 80.§.*nemo poteſt,ff.contrah.*
*empt.Surd.deciſ.*157.*nu.*2.*deciſ.*307.*nu.*2. *dec.*307.*nu.*39.
*Magon.dec.Flor.*91.*n.*8.*dec.*92.*num.*12.*& dec.*231.*nu.*9.
*Honded.conſ.*30.*num.*29.*lib.*1. *Cyriac.contr.*164.*num.*8.
*contr.*425.*nu.*62.*&* 72.*Rot. in dicta Romana vinea coram*
*bo.me.Pirouano.*

Aſſerta verò melioramenta non probantur cum
16 non conſtet de ſtatu anteriori † domus, vt requiri-
tur *Bart. in l.ſi negocia num. . . ff. nego. geſt. Curt. iun.*
*conſ.*165.*num.*20. *Seraph.dec.*952.*num.*2. *dec.*1453.*nu.*5.
*Buratt.dec.*834.*num.*11. Et dicta teſtium aut elidantur,
aut debilitentur ex teſtibus contrariis adminiculatis
à relatione executoris.

Et in hanc ſententiam Domini eo libentius venerunt, quia nullum inde Siluanelli damnum ſentiunt cum pretium domus nunquam ſoluerint, & agatur de ipſa domo vendita quæ ex ſupradictis ſpectat ad Eliſabeth.

Et ita deciſum vtraque &c.

## BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE VIZZANIS.

*Veneris* 15. *Ianuarij* 1644.

### ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum remiſſum, ac ſublatum dicitur per diuiſionem factam inter grauatos, cum facultate liberè diſponendi de bonis diuiſis, etiam quoad eorum hæredes, & ſucceſſores, quæ facultas incompatibilis eſt cum fideicommiſſo, & ex quibus excludatur facultatem liberè diſponendi non eſſe reſtrictam ad bona libera, nec ad ſimplicem diſſolutionem communionis, minuſque limitari ad vitam diuidentium. Fideicommiſſum remitti poteſt in prejudicium vocatum ſi ſunt diuidentium hæredes. Scientia fideicommiſſi in diuidentibus ex quibus deducatur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Notarius poteſt clauſulas cæteratas iuxta formularium loci extendere, licet eas addere ex integro non poſſit.*

2 *Notarij in Ciuitate Bononiæ poſſunt iuxtà diſpoſitionem decreti Legati abbreuiare clauſulas inſtrumentorum, quæ ſic abbreuiatæ intelligantur extenſæ, prout de verbo ad verbum in formulario deſcriptæ reperiuntur.*

3 *Contrahentes ſemper contraxiſſe cenſentur iuxtà extenſionem clauſularum contentam in formulario Inſtrumentorum.*

4 *Facultas alienandi bona inter diuidentes regulariter non reſtringitur ad bona libera, dumtaxat de quibus etiam loquitur deciſio. Declara vt nu.*9.

5 *Vel poteſt referri ad ſolam diſſolutionem communionis pro determinandis differentiis inter contrahentes. Declara vt nu.*12.*&* 13.

6 *Maximè ſi nuſquam apparet, quod ſequuta fuerit actualis alienatio, declara vt nu.*16.

7 *Facultas alienandi in Inſtrumento diuiſionis reſtringi, & limitari debet ad vitam diuidentium. Declara vt n.*20.*& ſeqq.*

8 *Facultas alienandi bona fideicommiſſi non operatur, illius remiſſionem, ſi diuidentes illius ſcientiam non habuerunt.*

9 *Clauſula,* ad habendum, &c. *adjecta in Inſtrumento diuiſionis comprehendit tam bona libera, quam fideicommiſſaria, quando diuidentes bona vtriuſque ſpeciei expreſsè declararunt alienari poſſe.*

10 *Verbum* dictis *eſt demonſtratiuum ad oculum corporum paulo antè deſcriptorum.*

11 *Verbum* qualibet parte *tanquam vniuerſale eſt comprehenſiuum, cuiuſlibet partis bonorum cuiuſcumq; ſpeciei fiat.*

Deciſio Buratti 89. *quo caſu loquitur, ibid.*

12 *Diuidentes ſi in Inſtrumento diuiſionis declararunt ſe deuenire ad diuiſionem ad tollendam communionem, & vlterius vt quilibet diuidentium diſponere valeat de bonis aſſignandis, tunc inter diuidentes dicitur proceſſum vltra terminos ſimplicis diſſolutionis communionis, nu.*13.*&* 14.

15 *Clauſulæ ampliſſimæ importantes facultatem alienandi inter diuidentes ſi reſpiciunt tempus futurum, & perſonas heredum, & ſucceſſorem important remiſſionem fideicommiſſi.*

16 *Facultas alienandi quando eſt conceſſa, nedum ipſis diuidentibus, ſed etiam heredibus parum refert ſi actualis alienatio non fuerit ſequuta, quia ſi non alienarunt diuidentes, alienare poſſunt heredes.*

17 *Et ſtante pregnantia clauſularum in diuiſione ſufficit alienatio per vltimam voluntatem, & inſtitutionem heredum.*

18 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

19 *Teſtator mandans heredi, quatenus renunciet fideicommiſſo ad quod ex propria perſona eſt vocatus, cenſetur de bonis fideicommiſſi voluiſſe diſponere.*

20 *Fideicommiſſum non cenſetur remiſſum ad vitam diuidentium tantum, quando diuidentes voluerunt fideicommiſſum eſſe remiſſum, etiam poſt eorum mortem in præiudicium vocatorum.*

21 *Voluntas contrahentium ſeruanda eſt, vbi non deficit poteſtas.*

22 *Fideicommiſſum cenſetur remiſſum etiam quoad heredes diuidentium, quando in diuiſione non ſteterunt in terminis ſimplicis ſtipulationis pro ſe, & ſucceſſoribus, ſed vlterius fuit data facultas heredibus diſponendi de bonis diuiſis, & nu.*23.*&* 24.

25 *Amplia preſertim quando ſtipulatio eſt concepta nedum pro heredibus, ſed etiam pro ſucceſſoribus.*

26 *Teſtator poteſt remittere fideicommiſſum in præiudicium vocatorum, quando ſunt illius heredes ea ratione nam poteſt Teſtator diſponere de bonis propriis heredum.*

27 *Item diſponere eo magis poteſt de bonis heredi ex fideicommiſſo reſtituendis.*

28 *Heres acceptando ſimpliciter hereditatem obligatur ſtare diſpoſitioni Teſtatoris circa remiſſionem fideicommiſſi, quamvis ad illud ex propria perſona eſſet vocatus.*

29 *Quicquid contrarium dicendum ſit, ſi non eſt heres renunciantis, vel non conſtat, de voluntate diſponendi de fideicommiſſo in præiudicium vocatorum,*

*nec*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nec concurrit ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & nu.30.

31 Aditio hereditatis diuidentium æquipollet expreſſæ renunciationi fideicommiſſi.

32 Fideicommiſſi renunciatio tenet in præjudicium vocatorum.

33 Hæres acceptans teſtamentum, in quo adeſt præceptum, quod ipſe renunciet alicui fideicommiſſo ex acceptatione Teſtamenti reſultat renunciatio fideicommiſſi.

34 Teſtatoris præcepto quando verè fuit paritum, tunc non eſt curandum de modo.

35 Diuidentes quod habuerint ſcientiam fideicommiſſi clarè reſultat ſi longè ante diuiſionem ſoluerunt legata à fideicommittente relicta, quæ non ſoluiſſent niſi inſpectis verbis Teſtamenti.

36 Item ſcientia fideicommiſſi probatur ex pluribus ſimul junctis, ac etiam ex actibus iudicialibus occaſione ſolutionis legatorum.

37 Geſta à procuratore præſumitur de mandato, & ſcientia principalis.

38 Inuentarium eſt caput redditionis rationum.

39 Renunciatio diſpoſitioni Text. in l. de his ff. de tranſact. non eſt neceſſaria, quando illius forma apparet à diuidentibus bona fideicommiſſi ſeruata, quamvis teſtamentum non fuerit exhibitum, quia ſufficit quod præceſſerit iuſſio per oculos mentis, & num.40.

41 Amplia præſertim in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coæqualis, in qua quia fraus, aut læſio non cadit, non tam rigidè ſeruatur diſpoſitio dictæ legis.

## DECISIO CLVIII.

ITerum Rota cenſuit, ſublatum eſſe fideicommiſſum Camilli ſenioris per diuiſiones factas inter Pompeum & Iaſonem fideicommittentis filios; quia tribuunt cuilibet nec non hæredibus liberam alienandi facultatem, quæ eſt incompatibilis cum fideicommiſſo vt patet ex clauſulis ampliſſimis extenſis à Notario rogato de inſtrumento diuiſionis, & in prima deciſione ponderatis.

1 Nec dubitari poteſt quin Notarius † clauſulas ad habendum & alias cæteratas in inſtrumento diuiſionis poſitas potuerit extendere juxta formularium publicum Bononiæ à Sede Apoſtolica confirmatum provt fecit licet eas addere ex integro non potuiſſet ad not. per *Laderch. in term. clauſula ad habendum, conſil.73.num.17. & 20.* quia decretum legati exaduerſo adductum hoc non prohibet, imò mandat quod

2 Notarij clauſulas abbreuient † eæquè ſic abbreuiatæ intelligantur extenſæ provt de verbo ad verbum in formulario deſcriptæ reperiuntur, & hujuſmodi extenſio ſiue ſubintellecta ex vi dicti decreti, ſiue ſucceſſiuè facta realiter à Notario rogato ſemper habet

3 concomitantiam voluntatis contrahentium, † quia cenſentur contraxiſſe juxta extenſionem contentam in formulario vt in puncto hujus formularij & extenſionis clauſulæ ad habendum fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentoriis 16. Nouembr.1643. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, & in terminis ejuſdem formularij, *Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.49. numer.8.* & facit *Anchar. conſ. 125. numer. 5. verſ.2. principaliter Decian. conſ.46.nu.65.lib.2. Coccin. dec.137.nu.5.*

Dictæque facultatis alienandi effectus non poteſt

4 † reſtringi ad bona libera dumtaxat, de quibus etiam loquitur diuiſio vt per *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num.6. in fin. ff. verb. oblig. Hond. conſ.36.num.32.lib.1.* & alios quos refert & ſequitur *Buratt. dec.89.nu.16.* Siue

5 ad ſolam diſſolutionem communionis † cujus terminandæ cauſa contrahentes in proœmio dixerunt ſe deuenire ad diuiſionem, juxta opinionem, *Pereg. conſ. 93. numer.7. & 8. lib.1. Creſc. deciſ.6. num.17. de teſtam.*

6 ſeu euitari eo quod ſequuta nuſquam fuerit † actualis alienatio ad tradita per *Bart. in d. §. duo fratres qu. 8. Decian. conſ.3. num.147. conſ.33. num.107. lib.1. Burat.*

7 *d. deciſ. 89. numer. 6.* aut ſaltem limitari † ad vitam diuidentium vt per *Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 32. Cod. vnde liber. Rimin. iun. conſ.751. numer.48. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 593. num. 49.* Siue tandem elidi

8 ex quo diuidentes non habuerint ſcientiam † fideicommiſſi, vt requiritur *Giouagn. conſ.100.nu.43.45. & 91. lib.1. Gaill. obſeruat.139.nu.13. lib.2. Rot. in Leodien. fideicommiſſi 12. Decembr.1611. coram bo. me. Sacrato relat per Giouagn. d. reſp.100.nu.53.*

Quia in caſu noſtro diuidentes declararunt expreſſe quod poſſint alienari omnia bona diuiſa tum libera tum fideicommiſſo ſubjecta; Cum enim in portione

9 cujuſlibet † aſſignaſſent nominatim bona vtriuſque ſpeciei, ſubdiderunt clauſulas importantes libertatem alienandi relatiuas ad omnia bona aſſignata & quamlibet illorum partem, ibi, *ad habendum, tenendum, & quidquid D. Pompeo & eius hæredibus & ſucceſſoribus de dictis rebus & bonis vt ſupra diuiſis & ipſi in partem obuenientis, & qualibet eorum parte, &c.* ponderando verbum *dictis* quod eſt demonſtra-

10 tiuum † ad oculum corporum fideicommiſſi paulo ante deſcriptorum, *l.1. §. cum qui ff. poſtulando, Rip. in l. filius-familias §. diui num. 111. ff. legat. primo Ceph. conſ.138.num.39. Menoch. conſ.4.num.27. conſil. 376. nu. 28. Fuſar. conſ.115. num.10.* Et verbum *qualibet parte*

11 comprehenſiuum tanquam vniuerſale cujuſlibet partis bonorum diuiſorum cujuſcunque ſpeciei ſint, *Gozad. conſ.1.num.19. Surd. conſ.73.nu.62. conſ.453.num.8. Barb. dict.317. num.17. & dict.325. num.1.* Vnde non vrget deciſ. 89. Burat. & Doctores allegati in objecto, qui loquuntur quando diuiſio continet etiam bona libera & adjecta ſimpliciter fuit facultas alienandi.

Quod verò in proœmio fuerit dictum partes deuenire ad diuiſionem ad tollendam communionem

12 non applicatur, quia non ſola hæc ratio fuit expreſſa, provt in caſu, *Peregr. conſ.93.* exaduerſo allegat, ſed addita æque principaliter fuit alia, vt nempè quili-

13 bet ipſorum diuidentium † diſponere libere valeat quandocunque de bonis aſſignandis, quæ egreditur terminos ſimplicis diſſolutionis communionis, &

14 cum ſit æquè principalis, † ac independens à prima ad ejus terminos non reſtringitur vt benè in puncto diſtinguit *Cancer. allegat. in prima deciſ. variar. reſol. lib.3. cap.15. num.276. & 277. & facit Pariſ. conſil. 71. num.60. lib.3. Grat. conſ.60. num.6. lib. primo, Becc. conſ.111. numer.26.* Voluerunt nimirum diuidentes nedum communionem diſſoluere, ſed vltro acquirere liberam diſpoſitionem bonorum, & quidem quandocunque pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus perpetuo excedendo in hac parte ſimplicis diuiſionis naturam,

15 juxta quam propterea † clauſulæ ampliſſimæ alienandi facultatem importantes non poſſunt intelligi provt in *deciſ. Creſcentij* exaduerſo allegata, ſed cum reſpiciant etiam tempus futurum, & perſonas hæredum ac ſucceſſorum, quibus alioquin non ſunt applicabiles important remiſſionem fideicommiſſi vt in ſpecie ad *deciſionem Creſcentij reſpondet Rot. deciſ. 493. verſic. nec obſtat, part. 4. diuerſ.* ac tenuit *coram Mohed. dec.24. de renunc. Peregr Fuſar. Honded. Capicelatro & alij allegati in prima deciſ. §. fideicommiſſum,*



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

qui omnes loquuntur in terminis diuiſionis.

Tertio non intereſt an ſecuta fuerit actualis alie-
16 natio nec ne, quando facultas alienandi eſt † conceſſa
etiam hæredibus, quia ſi non alienarunt diuidentes,
alienare poſſunt hæredes vt præter Fuſar. allegat. in
deciſ. quæſt. 593. num. 31. tradit Bero conſ. 130. ſub num. 32.
verſ. 2. reſpondeo lib. 2. Pariſ. conſ. 71. nu. 24. & ſeqq. lib.
3. Thob. Non. conſ. 40. num. 18. & ſeqq. Giouag. conſ. 100.
num. 17. & 106. lib. 1. Odd. de fideicomm. quæſt. num. 146.
Rota in Monopolitana bonorum 10. Maij 1617. coram
bon. mem. Manzanedo impreſſ. apud Giouagn. d. conſil.
100. num. 54. Et in omnem euentum ſtante pregnan-
17 tia clauſularum † poſitarum in diuiſione ſufficit alie-
natio per vltimam voluntatem & inſtitutionem hæ-
redum ex Peregr. de fideicom. art. 52. nu. 46. & aliis alle-
gatis in prima deciſione §. aduertendo, præſertim cum
in teſtamento explicite approbetur diuiſio, ejuſque
18 fiat expreſſa mentio & relatio ad illam, † vnde perin-
de eſt ac ſi nominatim de bonis in diuiſione conten-
tis fuiſſet diſpoſitum ad tex. in l. aſſe toto ff. hæred. inſt.
Gratian. diſcept. 571. num. 44. Surd. deciſ. 212. numer. 14.
19 Cumque teſtator mandauerit hæredi ſcripto † quod
renunciet fideicommiſſo Camilli ſatis apparet quod
voluit diſponere de bonis fideicommiſſi diuerſimode
à diſpoſitis in eodem fideicommiſſo, ad quem effe-
ctum ſatis fuiſſet diuerſitas diſpoſitionis quoad mo-
dum & qualitates, licèt conueniret in perſonis vo-
catorum vt per Gomeſ. var. reſol. lib. 1. cap. 12. num. 38.
Capyc. Latro deciſ. 51. numero 7. & 8. Rot. in Romana
dotis ſeu fideicommiſſi de Anguillara 28. Ianuar. 1641.
coram me.

Rurſus limitatio remiſſionis fideicommiſſi ad vi-
tam diuidentium non habet locum quando diuiden-
20 tes † potuerunt & voluerunt fideicommiſſum eſſe re-
miſſum etiam poſt eorum mortem in præjudicium
21 vocatorum, nam ſeruanda eſt † contrahentium vo-
luntas vbi non deficit poteſtae vt in terminis remiſ-
ſionis fideicommiſſi, Peregr. conſ. 93. num. 6. lib. 1. Et
22 voluiſſe in caſu noſtro clarum eſt, † quia non fuerunt
ſtipulati ſimpliciter pro ſe & ſucceſſoribus in clauſu-
lis executiuis vt in dicto conſ. 93. Peregr. num. 15. Aut
ſteterunt intra limites diuiſionis pro ſe & hæredibus,
in quibus terminis loquitur, Rimin. iun. conſil. 751.
num. 49. & ſeqq. Peregr. conſil. 8. num 56. lib. 1. conſil. 19.
ſub num. 13. lib. 4. & aly, ſed vltro in parte diſpoſitiua
conuenerunt, quod etiam hæredibus & ſucceſſori-
23 bus † liceat de bonis diſponere & quicquid placuerit
perpetuo facere, quodque bona ad hæredes & ſucceſ-
24 ſores liberè & pleno jure ſpectent, † quæ verificari
non poſſent, niſi quoque poſt mortem diuidentium
fideicommiſſum eſſet remiſſum, quia alioquin hære-
des & ſucceſſores non haberent liberum dominium,
neque diſponere poſſent de bonis ad libitum vt ſen-
ſui patet & in puncto ponderat Bero conſ. 130. numero
26. lib. 2. Pariſ. conſ. 71. num. 35. & ſeqq. vbi quod hoc
25 maximè procedit quando ſtipulatio concepta eſt † ne
dum pro hæredibus ſed etiam ſucceſſoribus, libr. 3.
Giouagn. conſ. 100. num. 106. lib. 1. Pereg. de fideicom. art.
52. num. 44 verſic. Alexander. tamen Fuſar. dicta quæſt.
593. numer. 41. Mart. de ſucceſſ. legali part. 4. quæſt. 21.
art. 14. num. 55. adeo quod diuidentes videntur in re-
nunciationem deduxiſſe jus ſuum & hæredum vt be-
ne aduertit Alb. conſ. 74. nu. 4. Peregr. conſ. 19. ſub nu. 13.
verſ. diuerſum eſt lib. 4. ſitque clarior hæc voluntas ex
teſtamento Iaſonis alterius ex diuidentibus, in quo
præcepit hæredi ſcripto, vt per ſe & deſcendentes re-
nunciet dicto fideicommiſſo Camilli ſenioris inhæ-
rendo videlicet ad maiorem cautelam renunciationi
contentæ in diuiſione.

Potuiſſe pariter remittere fideicommiſſum in præ-
26 judicium vocatorum † qui ſunt diuidentium hæredes
dubitandum non eſt, quia permiſſum eſt diſponere de
bonis propriis hæredum, l. vnum ex familia §. ſi rem
tuam & §. ſed & ſi fundum vbi gloſſ. verb. tantundem ff.
legat. 2. Iaſ. in l. ſi ſeruus 73. numer. 13. ff. legat. primo
Crot. conſ. 273. num. 3. Menoch. conſ. 89. numer. 49. quo
27 magis de bonis † hæredi & fideicommiſſo reſtituen-
dis, Suarez in l. quoniam in prioribus ampliatione ſepti-
ma num. 2. verſic. ad prædicto Cod. de inoff. teſtam. Soc-
cin. iun. conſ. 68. num. 12 lib. 4. Boer. deciſ. 147. num. 7. Re-
uerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 10. num. 2. deciſ. 93. num. 1. & 2.
28 & hæredes acceptando ſimpliciter hæreditatem † o-
bligantur ſtare hujuſmodi diſpoſitioni, ac remiſſioni
fideicommiſſi quamvis ad illud ex propria perſona
eſſent vocati, vt fuit deciſum in Bonor. fideicommiſſi de
Lucio 9. Decembris 1619. coram bon. mem. Cardin. Sa-
crato §. quo ad primum impreſſ. apud Giouagn. dicto
29 conſ. 100. numer. 33. quidquid dicendum eſſet † ſi non
eſſent hæredes renunciantis in quibus terminis loqui-
tur Gomeſ. ad leg. Thauri 40. nu. 86. & 88. neque con-
ſtaret quod diuidentes voluerunt diſponere de fidei-
commiſſo in præjudicium vocatorum qui eſſent eo-
30 rum hæredes & in parte diſpoſitiua diuiſionis † etiam
pro hæredibus & ſucceſſoribus & ad eorum liberam
diſpoſitionem diuiſio ſtipulata non fuiſſet vt in pun-
cto diſtinguit Alb. conſil. 74. ſub numer. 4. Ruin. conſil.
25. num. 11. conſil. 138. numer. 10. verſic. aut promiſit lib. 2.
Soccin. iun. Menoch. Fuſar. Giouag. Galler. & Peregr.
allegati in prima dec. §. ſed ex abbundanti quibus additur
Menoch. conſ. 89. nu. 34. & ſeqq. ex tex. in l. filiusfamilias
§. cum pater ff. legat. primo & l. vnum ex familia §. ſed ſi
vno ff. legat. 3.

Nec obſtat quod ſic euerteretur fideicommiſſum,
quia manebit quo ad alios qui non ſunt diuidentium
hæredes, aduerſarij autem qui hæredes ſunt agere ex
fideicom. non poſſunt non ſecus ac ſi explicite fidei-
31 commiſſo renunciaſſent, quia aditio hæreditatis † di-
uidentium æquipollet dicto caſu expreſſe renuncia-
tioni, Alb. conſ. 17. nu. 1. & 2. Rot. in Viterbien. caſtrorum
10. Maij 1624. coram bon. mem. Coccino nu. 47. ac tenet
32 renunciatio fideicommiſſi † in præjudicium renun-
ciantium, l. de fideicommiſſo Cod. tranſact. Gomeſ. ad l.
Thauri 40. num. 70. Peregr. conſ. 19. ſub numer. 11. lib. 41.
Fuſar. conſ. 95. num. 16. Et in caſu noſtro adeſt vlterius
expreſſa renunciatio facta ab aduerſariiſmet in vim
33 præcepti Iaſonis eorum authoris † qui in teſtamento
mandauit Camillo juniori ejus filio quem ſcripſit hæ-
redem, vt renunciet per ſe & filios & deſcendentes
quales ſunt aduerſarij fideicommiſſo Camilli ſenio-
ris, Camillus autem juxta formam præcepti renun-
ciauit iidemquemet aduerſarij acceptarunt ſucceſ-
ſiue omnia & ſingula in dicto teſtamento ejuſque
ſingulis partibus, & capitibus contenta & ſic etiam
dictum præceptum cujus vigore ipſi vti filij & de-
ſcendentes Camilli iunioris ex paterna renunciatio-
ne à fideicommiſſo ſenioris excludebantur & ratifi-
cationem diuiſionis in eodem teſtamento conten-
tam ex qua acceptatione reſultat renunciatio fidei-
commiſſi, perinde ac ſi aduerſarij diuiſionem
& remiſſionem fideicommiſſi feciſſent vt in Mo-
nopolitana bonorum 10. Maij 1617. coram bon. me. Man-
zed. impreſſ. apud Giouagn. dicto conſ. 100. numer. 58. lib. 1.
Nec refert quod tale præceptum fuerit correſpecti-
uum ad prælegatum librarum 20. m. Camillo juniori
relictum, quia ſatis eſt quod fuerit præcepto paritum
34 per effectiuam renunciationem, & acceptationem
prædictam.

Tandem quod diuidentes habuerint ſcientiam fi-
deicommiſſi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

35 deicommiſſi † viſum fuit euidens, quia longè ante
diuiſionem ſoluerant legata à fideicommittente re-
licta, quæ ſanè non ſoluiſſent niſi inſpectis verbis te-
ſtamenti, *Bart. in d. §. duo fratres ſub num. 13. & nu. 14.
verſ. poteſt ex alio & alij quos refert & ſequitur Rot. in
Monopolitana bonorum 19. Decembris 1614. coram bon.
mem. Mazancdo, & plena manu cumulantur in prima
deciſione huius cauſa §. Quos habuiſſe*, junctis etiam aliis
36 coniecturis ibidem adductis, † nec non pluribus acti-
bus judicialibus coram Commiſſario Fabricæ ex cau-
37 ſa eorumdem legatorum, qui & ſi geſti à procurato-
re, præſumuntur tamen de mandato & ſcientia prin-
cipalis, *Put. deciſ. 358. lib. 1.* Et inſuper inuentario tute-
lari facto à matre diuidentium dum erant pupilli,
vbi explicitis verbis narratur ſeries inſtitutionis hæ-
redum ac teſtamenti, quod inuentarium vidiſſe diui-
dentes indubitatum eſt, quia facti maiores reporta-
runt à tutrice redditionem rationis adminiſtrationis
eamdemque de omnibus adminiſtratis quietarunt
38 cum inuentarium ſit caput † redditionis rationum,
*Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. numero 2. Cancer. var. re-
ſol. lib. 3. cap. 2. ſub nu. 1.* Atque hinc neque obſtat quod
aliquæ ſolutiones legatorum fuerint factæ à tutrice,
quia eas approbarunt principales in redditione ratio-
nis & aliæ plures apparent factæ ab ipſiſmet hæredi-
bus iiſdemque pulſati à Commiſſariis Fabricæ exhi-
buerunt quietantias ſolutionum.

Non obſtat quod in diuiſione non fuerit renuncia-
tum diſpoſitioni textus *in l. de hiſ ff. tranſact.* quia re-
39 nunciare † opus non fuit cum eius forma ſeruata fue-
rit quamuis teſtamentum tempore diuiſionis non ap-
40 pareat exhibitum oculis corporeis diuidentium, † ne-
que adſit clauſula, *viſis, & inſpectis verbis teſtamenti*,
dum aliunde eius ſcientia ex prædictis probatur, quia
ſufficit præceſſerit viſio per oculos mentis, *Bart. in
d. l. de his num 6. Iaſ. num. 15. Pariſ. conſ. 15. num. 77. lib. 2.
Becc. conſ. 108. num. 28. lib. 1. Caſ. de Graſſ. dec. 2. num. 2.
de tranſact. Buratt. deciſ. 658. num. 8. & ſeqq. Rot. in Ro-
mana diuiſionis 20. Iunij 1639. coram me* ex coniecturis
probata, *Pariſ. conſ. 46. num. 18. lib. 2. Honded. conſ. 33.
num. 34. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 87. num. 56. Giouagn.
reſpon. 100. nu. 65. & 97. lib. 1. Mart. de ſucceſſ. leg. par. 4.
q. 21. art. 15. num. 107. Barz. dec. 96. num. 16. & ſeqq.* Ma-
ximè in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coæ-
41 qualis, † in qua, quia fraus aut læſio non cadit non
tam rigidè ſeruatur dictæ legis diſpoſitio, *Pariſ. Soc.
iun. Thob. Non. & alij allegati in prima deciſ. §. nec re-
fert.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## BONONIEN. BONORVM.

*Sabbati 23. Ianuarij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Vſufructuario datur manutentio aduerſus proprie-
tarium occupantem poſſeſſionem naturalem, quia
licet non habeat ciuilem poſſeſſionem habet tamen
quaſi ciuilem. Exceptio reſpiciens dominium, vel non
ius poſſeſſoris, non eſt apta ad retardandam manuten-
tionem, niſi probetur incontinenti per confeſſionem
partis, vel per rem judicatam.

### *SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio probatur ex mandato de immittendo execu-
tioni demandato.*

2 *Vſufructuario etiam competit interdictum retinendæ
aduerſus proprietarium occupantem, vel turban-
tem naturalem poſſeſſionem.*

3 *Vſufructuarius licet non habeat ciuilem, habet tamen
quaſi ciuilem poſſeſſionem bonorum ſuper quibus
habet vſumfructum.*

4 *Manutentio datur etiam vigore quaſi ciuilis poſſeſſio-
nis.*

5 *In iudicio manutentionis exceptiones reſpicientes do-
minium, vel non ius poſſeſſoris reiiciuntur ad peti-
torium, aut poſſeſſorium plenarium.*

6 *Nec poſſunt retardare manutentionem, niſi probentur
incontinenti per confeſſionem partis, vel rem iudi-
catam.*

7 *In ſummariiſſimo poſſeſſorio attenditur nudum fa-
ctum poſſeſſionis, nec quæritur an iuſta ſit, vel in-
iuſta.*

## DECISIO CLIX.

POſt obitum Caroli filij Domina Aurelia mater
inſtituta ab eodem hætes vſufructuaria petiit, &
obtinuit ab Auditore Generali Bononiæ præſentibus,
& acquieſcentibus DD. de Caſalibus hæredibus pro-
prietariis mandatum de immittendo in poſſeſſionem
bonorum hæreditariorum eiuſque vigore fuit ab exe-
cutore immiſſa actualiter in poſſeſſionem dictorum
bonorum, in quibus hodie reſponſum fuit illi dan-
dum eſſe mandatum de manutenendo aduerſus di-
ctos hætedes proprietarios; quia ſe poſſidere proba-
1 uit † ex præfato mandato de immittendo executioni
de mandato juxta *text. in l. iuſtè poſſidet, l. clam poſſi-
dere §. qui ad nundinas, & vtrobique DD. ff. de acq. poſ-
ſeſſ.*

Nec dubitari poteſt quin etiam vſufructuario
competat interdictum retinendæ aduerſus proprie-
2 tarios † occupantes, vel turbantes naturalem poſſeſ-
3 ſionem; quia licèt non habeat ciuilem, † habet ta-
men quaſi ciuilem poſſeſſionem, *l. ait prætor, §. item ei,
& ibi gloſſ. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtitut. Bart.
in l. ſi plures §. deiectum num. 1. ff. de vi, & vi arm.* cuius
4 ratione datur † manutentio, *Bart. in l. 1. num. 3 ff. vti
poſſid. Salyc. in l. vnica n. 24. Cod. eod. tit. Abb. in cap. licet
cauſam n. 37. verſ. nunc quæro de probat. Menoch. de re-
tin. remed. 3. n. 70. Caſtill. de vſufr. cap. 6. nu. 33. Boer. dec.
199. n. 8. Rot. dec. 366. n. 3. par. 1. recent.*

Non obſtat, quod aliqua ex dictis corporibus vti
ſpectantia ad proprietarios ex propria perſona vigo-
re antiquarum inueſtiturarum, ſeu primogenituræ,
non potuerint grauari onere vſusfructus ad fauorem
5 Aureliæ. Quia hæ exceptiones quæ reſpiciunt † do-
minium, vel non ius poſſeſſoris reiiciuntur ad peti-
torium, aut poſſeſſorium plenarium, *Rot. inter im-
preſſ. poſt tract. modern. de manutenend. deciſio. 101. nu-
mero 2. deciſio. 138. numero 5 deciſio. 328. num. 8.* Nec poſ-
6 ſunt retardare † manutentionem niſi probentur in-
continenti per confeſſionem, vel per rem judicatam,
*Seraph. dec. 555. numero 8. Buratt. dec. 360. num. 7. add.
ad Greg. XV. dec. 107. num. 5.* & in puncto ad fauorem
vſufructuariæ, *Rota dec. 366. num. 6. part. 1. recent.* nam
in ſummariiſſimo poſſeſſorio attenditur nudum fa-
7 ctum poſſeſſionis, † nec quæritur an juſta ſit, vel in-
iuſta, *Laderch. conſ. 95. n. 6. Cano. var. reſol. par. 3. cap. 14.
num. 40. Barz. dec. 47. n. 19. Seraph. dec. 582. n. 5. Caualer.
dec. 589. n. 5.*

Et ita deciſum vna tantùm parte informante alte-
ra tamen pluries citata.



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

## MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

*Veneris 29. Ianuarij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Epiſcopus ſucceſſor non tenetur ad exhibitionem proceſſus exiſtentis penès prædeceſſorem, ſi ex teſtibus aliiſque adminiculis in deciſione ponderatis conſtat de illius occultatione tempore obitus prædeceſſoris, & ad hunc effectum exiſtentia penès ſucceſſorem plenè, & concludenter probanda eſt, non autem præſumptiuè.

### *SVMMARIVM.*

1 *Teſtis generaliter loquens declaratur ab alio Teſte in ſpecie deponente.*

2 *Teſtis deponens de certa ſcientia, iunctis aliis teſtibus de auditu plenè probat.*

3 *Teſti vnico, fides adhibetur concurrentibus adminiculis.*

4 *Teſtes de auditu deſeruiunt ſaltem pro adminiculo.*

5 *Confeſſio emiſſa in commiſſione, in qua ſit mentio de occupatione alicuius proceſſus, an ſit intelligenda de originali?*

6 *Teſtium depoſitio ſi verificetur in parte, vera etiam præſumitur in reliquo.*

7 *Dolus præſumitur in eo, qui diſtulit agere, & non egit, niſi poſt mortem alicuius informati.*

8 *Item dolus præſumitur in eo, qui monitus iudicialiter ad exhibendum aliquam ſcripturam penès eum exiſtentem exhibere recuſat.*

9 *Teſtes de vniuerſitate deponentes pro vniuerſitate, non probant, quando contrarium alij teſtes deponunt.*

10 *Præſertim in cauſa graui, & ardua ſuper magna iuriſdictione.*

11 *Ad exhibendum vt quis cogi poſſit, probatio exiſtentiæ non debet eſſe dubia aut præſumptiua, ſed plena, ac concludens requiritur.*

12 *Cuſtodia ſcripturarum Curiæ Epiſcopalis non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Notarium actuarium.*

13 *Exhibitio ſcripturæ ſi exigitur à ſucceſſore mediato in Epiſcopatu illius Epiſcopi quo viuente compoſita fuit, ad hoc vt teneatur quæ requirantur?*

14 *Abbas reprobatur à Felin.* in cap. accipimus ſub num. 15. de fid. inſtrumen.

15 *Laceratio ſcripturæ facta ab Epiſcopo anteceſſore non operatur probationem ibi contentorum in præiudicium ſucceſſoris, alias enim temeritas anteceſſoris noceret Eccleſiæ,*

16 *Inſtantia cœpta cum anteceſſore tranſit in ſucceſſorem in Eccleſia.*

17 *Limita non procedere quando ſucceſſor non venit ad cauſam proſequendo factum prædeceſſoris ſuper occultatione alicuius ſcripturæ, ſed ſolum defendendo iura Eccleſiæ, & in hoc afficitur inſtantia cœpta cum defuncto, non autem ſuper occultatione, quia in hoc non poteſt dici ſucceſſor, & n. 18.*

19 *Proceſſus aliquis dum non probatur exiſtere penès ſucceſſorem, & factis diligentiis non reperitur in archiuio, non poteſt imputari ſucceſſori, quod proceſſum non exhibeat, vel non cogit Archiuiſtam, vt exhibeat.*

20 *Audientia non eſt deneganda ſucceſſori ob non exhibitionem alicuius ſcripturæ exiſtentis penès anteceſſorem, quando abſque ſua culpa impoſſibilis redditur exhibitio.*

21 *Rota paſſim denegare ſolet audientiam recuſanti exhibere aliquam ſcripturam, ſi in eius poteſtate eſt eam exhibere.*

22 *Boni iuris præſumptio reſultat ex ſententia fauorabili in iudicatum tranſacta.*

23 *Amplia quamuis aduerſus rem iudicatam ſit conceſſa reſtitutio in integram.*

24 *Aſſiſtentia iuris ſuffragatur Epiſcopo quoad exercitium iuriſdictionis in locis exiſtentibus intra fines ſuæ diœceſis.*

25 *Teſtium examen ad partes poſitorum faciendum eſt de actis, ſi eorum dicta ſunt releuantia.*

### DECISIO CLX.

Factis hinc inde nouis probationibus per teſtes, quorum examen fuit poſitum ad partes, & vltro pro parte Reuerendiſſimi Epiſcopi compulſatis diverſis ſcripturis dubitaui, An Domino Epiſcopo ſit danda audientia, ac teſtes ſint faciendi de actis, & affirmatiuè in vtroque reſolutum fuit.

Contumacia enim Epiſcopi in exhibendo proceſſum compilatum in hac cauſa de anno 1577. inter Epiſcopum Marſicen. & Archipresbyterum Terræ Saponariæ, vel in cogendo Archiuiſtam Curiæ Epiſcopalis, vt exhibeat ob quam Rota ter cenſuit denegandam eſſe Epiſcopo audientiam, nempe bis *coram bon. mem. Buratto, vt in deciſ. 266. & 278. inter eius impreſſas, & ſemel coram Eminentiſſ. D. Cardin. Hieronymo Veroſpio 6. Feb. 1629.* hodie penitus euaneſcit cum fuerit probatum quod ſtatim mortuo de anno 1614. Aſcanio Pariſio Epiſcopo Marſicenſi, cum quo lis hæc cæpta & completa fuit in Rota coram bon. mem. Manzanedo, Cæſar eius nepos è quodam ſcrinio Patrui proceſſum originalem prædictum ſurripuit, & Cioffo Archipresbytero tunc Saponariæ conſignauit motus tum amore ſcutorum 200. quæ à Cioffo in præmium recepit, tum odio in Epiſcopum ſucceſſorem, & in vindictam ſibi denegati Vicariatus, & judicij criminalis contra ſe moti occaſione concubinatus. De quibus omnibus deponunt plures teſtes nuper examinati, & ſignanter quintus ſuper tertio affirmat ſpecificè, quod Cæſar vt ſupra habuit proceſſum originalem, & 12. teſtatur de viſu ex certa ſcientia, quia præſens fuit quando Cæſar proceſſum è ſcrinio extraxit; qui duodecimus teſtis quamuis lo-
1 quatur de proceſſu generaliter declaratur † à quinto deponente in ſpecie de proceſſu originali *Soccin. iun. conſ. 69. num. 16. lib. 1. Gramm. conſ. ciuil. 79. nu. 9. Caſ. de Graſſ. deciſ. 8. num. 8. de cauſ. poſſ. & prop. Gregor. XV. dec. 344. num. 13. Rot. dec. 16. num. 17. part. 5. recent. & in aliis allegat. per adden. ad Buratt. dec. 430. num. 4.* Et
2 cum deponat de certa ſcientia, † junctis aliis teſtibus de auditu plenè probat, *Rot. deciſ. 340. num. 3. par. 2. re-*
3 *cent.* quo magis concurrentibus adminiculis † propterque etiam vnico teſti fides adhibetur, *Bart. in l. 1. §. iidem Cornelio ff. de quæſt. Bald. conſ. 136. ſub nu. 5. verſ. perſuadentes igitur lib. 2. Caſ. de Graſſ. dec. 3. n. 6. de probat. Rot. dec. 247. n. 6 & 7. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 87. n. 9. part. 6. recent.*

4 Primum adminiculum præbent † alij teſtes deponentes de auditu Summario Epiſcopi *n. 9. & 10. ad trad. in deciſ. Mant. 39. n. 8. dec. 237. n. 3. p. ar. 1. recent. dec. 16. num. 7. par. 5.* Alterum confeſſio ipſius Archipresbyteri Cioffi in commiſſione reſtitutionis in inte-
5 grum obtenta poſt † mortem Epiſcopi Pariſij Summ. *nu.* 11. in qua narrauit Papæ quod proceſſus fuerat occupatus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cupatus ab Epiſcopo defuncto eiuſque pars à Nepo-
te Epiſcopi ſibi reſtituta, & ſic faſſus fuit proceſſum
mortuo Patruo deueniſſe ad manus Nepotis ; &
quamuis non exprimat an ille proceſſus eſſet origi-
nalis, quia tamen occupatio proceſſus facta à defun-
cto, quam pro ratione motiua obtinendi reſtitutio-
nem in integrum expoſuit Papæ, non eſſet releuans,
niſi intelligeretur de proceſſu originali, nam alias im-
putari potuiſſet oratori ſi originalem mediante com-
pulſoria non procurauit, narratiua & confeſſio hu-
iuſmodi implicitè concludit de originali quod ſuffi-
cit *Ægid. deciſ. 683. ante nu. 1.*

Tertium adminiculum reſultat, quia conſecutiuè
ad narrata in dicta commiſſione partem dicti proceſ-
ſus originalis fuiſſe ſibi traditam à Nepote dicti Epiſ-
copi Pariſij defuncti, alias idem Cioffus inter infor-
mandum faſſus fuit, inferendo quod proceſſus, qui
fuit in manibus Epiſcopi Pariſii viuentis erat origina-
lis, quia originalia ſunt folia dicti proceſſus ſibi
mortuo Epiſcopo reſtituta à Nepote Summ. Epiſcopi
*nu.* 21. Et licet prædictæ confeſſiones Archipreſbyteri
Cioſſi non concludant, quod ei traditus fuerit totus
proceſſus originalis, negari non poteſt quin valde
coadiuuet dicta teſtium deponentium de traditione
totius proceſſus originalis, quia cum eorum depoſi-
6 tio ex dictis confeſſionibus † verificetur in parte ve-
ra etiam præſumitur in reliquo *Dec. conſ. 563. ſub n. 10.*
*Aym. conſ. 158. n. 6. in fin. Rot. coram Gregor. XV. dec. 62.*
*n. 7. dec. 160. n. 7. part. 7. recent.*

Quartum quia toto tempore quo viuente Epiſco-
po Pariſio lis hæc agebatur coram bonæ mem. Man-
zanedo, qui tandem tulit ſententiam pro Epiſcopo,
eaque tranſiit in judicatum, quamuis Cioffus certam
ſcientiam haberet dicti proceſſus, & contentorum in
eo mediante copia relationis Archiepiſcopi Salerni-
tani à ſemet coram bon. mem. Manzanedo ſeptem ab
illinc annis producta, in qua habetur mentio de dicto
proceſſu, & quod in illo examinati fuerant 24. teſtes
ſuper immemorabili de juriſdictione Archipreſbyteri
in Terra Saponariæ, nuſquam tamen exaduerſo fuit
oppoſitum, quod idem Epiſcopus proceſſum origi-
nalem occultauerit, imo tunc Archipresbyter nouos
teſtes examinari fecit ad probandam immemorabi-
lem, quæ hodie aſſeritur in antiquo proceſſu probata
ſciens probationem contentam in proceſſu antiquo
non releuare, idque facile conuinci poſſe per eiuſ-
dem proceſſus, tunc exiſtentis apud Epiſcopum ſiue
eius Archiuium, exhibitionem. Mortuo verò Epiſco-
po Archipresbyter petiit reſtitutionem in integrum
aduerſus rem judicatam ſub prætextu quod Epiſco-
pus fraudulenter proceſſum antiquum occupaſſet,
quia nimirum ſciebat non poſſe amplius exhiberi à
ſucceſſore in Epiſcopatu, cum ipſe illum habuiſſet è
manibus Nepotis Epiſcopi defuncti, vt deponunt te-
7 ſtes; hæc enim tarditas in opponendo † de occupatio-
ne proceſſus poſt rem judicatam totalem, & mortem
Epiſcopi Pariſii, inducit contra Archipresbyterum
præſumptionem doli, *Cæph. conſ. 8. per tot. Menoch.*
*præſumpt. 135. num. 19. & ſeqq. lib. 3. Rot. in Maceraten.*
*cenſus* 18. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, quæ
augetur, quia Archipresbyter monitus judicialiter, vt
8 exhiberet † folia originalia antiqui proceſſus, quæ ad
ſe perueniſſe faſſus, vt ſupra fuerat Summario Epiſ-
copi *n.* 20. noluit exhibere *Aym. conſ. 6. nu. 8. Menoch.*
*præſumpt. 91. nu. 4. lib. 2. Monac. deciſ. Lucen. 57. nu. 10.*
*Greg. XV. dec. 521. n. 6.*

Quintum quia cum ſententia Pariſii lata ſuper an-
tiquo proceſſu concederet Archipresbytero iuriſdi-
ctionem in certis caſibus duntaxat, hodie verò ad
aſſertam occultationem dicti proceſſus Epiſcopi
Marſicenſes priuati remaneant totali, & omnimoda
juriſdictione, veriſimile omnino eſt, quod Epiſco-
pus vt recuperaret ſaltem partem juriſdictionis ad
formam dictæ ſententiæ dictum proceſſum exhiberet
ſi penès ſe reperiretur, nec ad manus aduerſarii tranſ-
migraſſet.

Quibus poſitis ſuperfluum eſt quærere, an proceſ-
ſus ab Epiſcopo Pariſio dum viueret tranſmiſſus de
ordine S. Congregationis ſuper negociis Epiſcopo-
rum ad Archiepiſcopum Salernitanum, & ab hoc ad
eamdem Congregationem eſſet originalis, vel copia,
cum ad excludendam occultationem originalis Epi-
ſcopo Pariſio obiectam poſtquam deceſſerat ſatis
ſit probaſſe, quod eo mortuo originalis fuit, vt ſupra
ſubtractus à Cæſare nepote, ac traditus Archipres-
bytero.

Præter quod teſtes Epiſcopi deponunt proceſſum
tranſmiſſum fuiſſe originalem, idemque demonſtrat
eximia diligentia Epiſcopi Pariſii pro eo deinde re-
habendo è manibus Bellini procuratoris in Curia, cui
ſucceſſiuè idem proceſſus conſignatus fuerat, miſit
namque ad Bellinum nuncium ſpecialem, & per epi-
ſtolam ſignificauit, quod neceſſe habebat videre di-
ctum proceſſum ante quam Archipresbyter, qui tunc
futuro examini incumbebat inciperet examen in par-
tibus, ideoque mittebat certum nuncium pro eo tranſ-
portando non confidens de tabellario, nec de aliis
portitoribus: & ſanè inanis fuiſſet hæc diligentia ſi
proceſſus tranſmiſſus, & apud Bellinum exiſtens co-
pia fuiſſet, quia Epiſcopus idem intentum conſequi
abſque impenſa poterat ex lectura originalis, qui ſe-
cundum ſenſum aduerſarii in Archiuio Epiſcopali
remanſerat. Nec obſtant teſtes Archipresbyteri,
quia vnus tantum deponit de certa ſcientia, iſque
plures patitur exceptiones adductas per informantes
pro Epiſcopo, prout patiuntur alii teſtes de auditu,
& omnes ſunt incolæ Terræ Saponariæ qui ſibi
communem hanc litem profitentur nec verò credi-
9 tur teſtibus de vniuerſitate ad eius † fauorem depo-
nentibus, quando contrarium alij teſtes deponunt, vt
fuit dictum in *Calaguritana Parochialis de Alzola* 20.
*Martij, & 22. Iunii 1620. coram bon. mem. Coccino;*
10 præſertim † in cauſa graui, & ardua ſuper magna ju-
riſdictione, *Felin. in cap. inſuper nu. 5. verſ. idem dicit*
*de teſt. Marſil. in l. 1. §. ſeruus municipum ff. quaeſt. Me-*
*noch. de arbitr. caſ. 106. numero 11. Coccin. deciſio. 140.*
*nume.* 12.

Vel ſaltem ex prædictis negari non poteſt, quin
prætenſa occultatio, vel exiſtentia proceſſus origina-
11 lis penès Epiſcopum ſit dubia, cum † tamen nec ſuffi-
ciat præſumptiua illius probatio, ſed requiratur ple-
na, & concludens, vt ex hoc capite denegetur audien-
tia, aut Epiſcopus cogi poſſit ad exhibendum, *Rot.*
*dec. 199. ſub num. 3. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 259.*
*num. 1. par. 1. recent. dec. 267. ſub num. 3. dec. 296. num. 1.*
*poſt lib. 2. conſil. Farinac.* Maximè quia cura cuſtodiæ
12 ſcripturarum † curiæ Epiſcopalis non ſpectat ad Epi-
ſcopum, ſed ad Notarium actuarium, vt in his ter-
minis aduertit *Rot. dec. 542. per tot. coram bon. mem. Ca-*
*ualer. & deciſ. 166. num. 1. & ſeqq. coram Reuerendiſſ.*
*Vrgell.* Eòque magis in caſu noſtro quo exhibitio
13 ſcripturarum exigitur † à ſucceſſore mediato in Epi-
ſcopatu illius Epiſcopi, quo viuente ſcripturæ com-
poſitæ fuerunt, contra quem non ſatis eſſet probaſſe
exiſtentiam ſcripturarum apud anteceſſorem, nec eſto
quod anteceſſor ſcripturas per dolum occupaſſet pro-
cedit præſumptio, quod huiuſmodi ſcripturæ conti-
neant probationem intentionis partis aduerſæ, vt

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

benè *Felin.in cap.accepimus ſub num.15.de fide inſtrum.*
14 vbi reprobata ſententia Abbatis allegati † in deciſio-
nibus contrariis firmat, quod laceratio ſcripturæ fa-
15 cta ab Archiepiſcopo anteceſſore nullo caſu operatur
probationem ibi contentorum in præiudicium ſuc-
ceſſoris, quia alioquin temeritas anteceſſoris noce-
ret Eccleſiæ contra text. *in cap. cum venerabilis de ex-
cept. & facit Hoſtien. in d.cap. accepimus ſub numero 2.
verſ.vel ideo, quem ſequitur ibid. Ioan. Andr. numero 3.
verſ.vel ideo Ægid.ſub num.1. eod. verſ.Anton.de Butr.
num.5.in fin.*

Nec obſtat, quod inſtantia cæpta cum anteceſſore
16 tranſeat in ſucceſſorem in Eccleſia, cum enim mo-
dernus Epiſcopus non venit ad cauſam proſequendo
17 † factum prædeceſſoris ſuper prætenſa occultatione,
ſed ſolum defendendo jura Eccleſiæ ſuper juriſdi-
ctione de qua agitur, afficitur quidem in hoc inſtan-
tia cæpta cum defuncto, non autem prætenſa occul-
18 tatione, † quia in hac non eſt ſucceſſor, ut in proxi-
mis terminis *Rota dec.705.n.4.par.1.recent.* & in pun-
cto *Reuerendiſſ.Vrgellen.d.dec.166.nu.5.& ſeqq.* vbi re-
ſpondetur omnibus contrariis.

Vnde dum non probatur proceſſum exiſtere apud
19 ſucceſſorem, † & factis diligentiis in Archiuio Epi-
ſcopali ibi non reperitur, imputari non poteſt ſuc-
ceſſori, quod proceſſum non exhibet, aut non cogit
Archiuiſtam vt exhibeat, & per conſequens nulla ra-
20 tio ſuadet vt reddita impoſſibili exhibitione † pro-
ceſſus abſque culpa ſucceſſoris, & Ecleſiæ contra
ipſam adhibeatur remedium denegationis audientiæ
21 quo Rota vti ſolet † contra illos in quorum poteſtate
eſt exhibere ſcripturam de qua quæritur. Tantò mi-
nus, quia Eccleſia habet pro ſe præſumptionem boni
22 juris, tum propter † ſententiam fauorabilem repor-
tatam in Rota coram bon. mem. Manzanedo, & in
judicatum tranſactam, & ſi aduerſus rem judicatam
23 † conceſſa fuit reſtitutio in integrum ad tradita *per
Couar.pract.quæſt.cap.6.ſub num.6.Surd.de Alim.tit.1.
qu.120.num.10.& 11.Rota deciſ.250.ſub n.2.par.1.recent.
deciſ.748.ſub num.2. par.2.recent.* Tum ex eo quod *in
deciſ.578.coram bon. mem. Buratto,* firmatum fuit Ter-
ram Saponariæ ſitam eſſe intra fines Diœceſis Marſi-
cenſis, ideoque ſuffragatur Epiſcopo juris aſſiſtentia
24 † quo ad juriſdictionem *cap.conquerente de offic.ordin.
c.ſopite de cenſib.Marcſcot.var.reſol.lib.2. cap.15. nu.1.
Rot.deciſ.396. n.1. par.1.rec. & in Saliſburgen. Iuriſdi-
ctionis 1. Iulij 1643.coram R.P.D.meo Royas.*

Meritò igitur deciſum fuit dandam eſſe Epiſcopo
audientiam, ac teſtes examinatos, & poſitos ad par-
25 tes † eſſe faciendos de actis vt ſolet quando eorum di-
cta ſunt releuantia, vt per *Veſtr.in prax.lib.6.cap.2.ſub
num.24.*

Et ita vtraque &c.

## ROMANA VINEÆ.

*Veneris 19. Febr. 1644.*

### ARGVMENTVM.

Creditor poſſidens bona in executione capta ſi deinde inſtetit apud Iudicem, quod ſibi dentur inſolutum pro ſatisfactione ſui crediti bona poſſeſſa, & Iudex in termino citationis mandauit dari inſolutum, tale decretum cum ſonet in futurum non importat dationem inſolutum, ſed ſolum quod Iudex decreuit dari inſolutum, & quando datio inſolutum non eſt pro toto credito, tunc neceſſe eſt quod præcedat æſtimatio bonorum nec non factum executoris, qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis adiudicet, ac inſolutum det fungendo vice partis, & reſpondetur *conſ.Pariſ.42.numero 31. lib.1. necnon Alb. conſ.742.numero 16.* Datio inſolutum ex quibus reddatur nulla? Legitima debita hæredi grauato ex quibus probetur conſumpta?

### *SVMMARIVM.*

1 *Immiſſio* ex remed.l.final. Cod.de edict. Diu.Adria. tollend. *denegari nequit fideicommiſſario, ſeu ab eo cauſam habeni probatis ſolitis requiſitis, nempè exiſtentia fideicommiſſi, eiuſque purificatione, ac identitate bonorum.*

2 *Creditor poſſidens bona in executione capta ſi inſtetit apud Iudicem quod dicta bona ſibi dentur inſolutum, & Iudex non dedit inſolutum, ſed dari mandauit, tale decretum non importat dationem inſolutum, cum reſpiciat actum de futuro.*

3 *Datio inſolutum ſi non eſt pro toto credito, requiritur quod præcedat æſtimatio bonorum, quicquid ſit in deliberatione, quæ ſit creditori tanquam plus offerenti.*

4 *Item quod factum executoris, ſeu Curſoris intercedat qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis adiudicet, & inſolutum det fungendo vice partis.*

5 *Decretum, de dando inſolutum aliud eſt, & aliud ipſa datio.*

6 *Ad Dominij tranſlationem non ſufficit decretum Iudicis, niſi ſequatur traditio, hoc eſt executio decreti.*

7 *Datio inſolutum non dicitur, ſi Iudex non dedit inſolutum ſed mandauit dari, cum ad hunc effectum requirantur verba de præſenti.*

8 *Item opus eſt præcedenti æſtimatione, & actuali datione inſolutum per Curſorem.*

9 *Immiſſio ex ſecundo decreto neceſſaria non eſt, quando actor eſt iam in poſſeſſione ex primo.*

Pariſ.conſ.42.n.31.lib.1. *declaratur ibid.*

10 *Decretum adiudicationis differt à decreto de adiudicando.*

11 *Promiſſio de accollatione.*

12 *Mandatum de vendendo differt à venditione.*

13 *Datio inſolutum probatur vera ſi poſt decretum dari inſolutum. Iudex inhibuit ne poſſeſſor moleſtetur. Declara vt nu.15.*

14 Alba conſ.742.n.10. *quo caſu loquatur?*

16 *Datio inſolutum quando detegitur nulla ex lectura decreti Iudicis tunc ad eam probandam, non eſt opus vlteriori tranſportatione actorum.*

17 *Poſſeſſor, cui nulliter bona fuerunt data inſolutum non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario.*

18 *Amplia quamuis authoritate Iudicis poſſeſſionem ingreſſus fuiſſet.*

19 *Minor quod aliquis ſit probatur ex fide Baptiſmatis.*

20 *Iudicium contra minorem, vt ſit validum ei deputari debet Curator.*

21 *Ratificatio non dicitur inducta ex ſola acquieſcentia non probata ſpecifica ſcientia nullitatis actus.*

22 *Creditor pro debito hæredis grauati non poteſt vltrà eius vitam bona fideicommiſſo ſubiecta retinere in præiudicium vocatorum.*

23 *Bona fideicommiſſi alienata per grauatum electa cenſentur in eius legitimam.*

24 *Aſſignatio fructuum longè differt ab aſſignatione proprietatis.*

25 *Inuentarium bonorum hæreditariorum non ſuppletur per Inuentarium tutelare factum nomine Tutoris.*

26 *Legitima*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

26 *Legitima præſumitur conſumpta ſi grauatus alienauit, nec inuentarium confecit.*

27 *In legitimam cenſentur electa primo loco alienata cum abdicatione dominij, non autem quæ ſimpliciter hypothecantur.*

28 *Datio inſolutum quando eſt nulla, tunc creditor fructus acceptos ſaltim à die motæ litis reſtituere tenetur, vel in eius creditum imputare.*

29 *Retentio non datur pro pretio illiquido.*

30 *Calculus ſi detegitur erroneus in aliquibus, talis etiam præſumitur in cæteris.*

31 *Melioramenta non dicuntur probata, non conſtito quid fuerit impenſum, & quid melioratum.*

32 *Cautio de reficiendis melioramentis poſtquam fuerint liquidata præſtari ſolet, quando non conſtat de illorum liquidatione.*

## DECISIO CLXI.

EX fideicommiſſo Emiliæ auiæ Benedictus Marina poſtquam obtinuerat per ſententiam Eminentiſſ. D. Vicarii Vrbis immiſſionem in poſſeſſionem vineæ detentæ à Laurentio Iuſto, ingreſſurus Religionem Societatis IESV, donauit omnia bona ſua Benedicto Perontio, qui proſequendo cauſam appellationis à d. ſententia exaduersò interpoſito coram me inſtetit diſputari dubium an ei ſit danda immiſſio, eoque hodie propoſito affirmatiuè Rota reſpondit.

Eſt enim citrà controuerſiam apud partes exi-
ſtentia fideicommiſſi, purificatio ad fauorem Mari-
næ authoris Perontij, & identitas vineæ olim poſ-
1 ſeſſæ à fideicommittente, quibus probatis † denegari
non poteſt immiſſio ex remedio *ſiue l. fin. C. edict. Diu.
Adrian. tollend. ſiue vtilis Saluiani interdicti Gabr. conſ.
45. nu. 9. lib. 1. conſ. 44. n. 2. & ſeq. lib. 2. Surd. dec. 76. n. 4.
& ſeq.*

Neque ad impediendam immiſſionem Laurentius
tanquam tertius poſſeſſor cum titulo dationis inſolu-
tum judicialiter obtento pro concurrenti quantitate
crediti ſcut. 1400. quæ ſibi Clarix fideicommittentis
filia debebat eſt legitimus contradictor. Primò quia
ad hunc titulum probandum produxit citationem,
quam fecit de anno 1619. ad videndum ſibi tradi in
ſolutum bona, ſuper quibus fuit facta executio cum
tertia parte pluris juxta formam Statutorum Vrbis
pro concurrenti, quantitate ſui crediti, & decretum
in calce eiuſdem citationis extenſum non per verba
ex tunc Dominus dedit inſolutum, ſed per ſequentia,
*relatione facta comparuit idem &c. & obtinuit dari in
ſolutum vt ſupra juxtà formam Statutorum &c.* quæ
2 idem important, ac ſi dictum † fuiſſet obtinuit quod
dentur in ſolutum, atque ideò cum reſpiciant actum
de futuro, & antequam ſortiantur naturam actualis
dationis in ſolutum neceſſe ſit, (quia datio non erat
3 pro toto credito) † quod præcedat æſtimatio bono-
rum quidquid ſit in deliberatione quæ fit creditori
tanquam plus offerenti *Surd. conſ. 256. num. 5. in fin. &
num. 6. & 8. Afflict. deciſ. 358. num. 5. Rota dec. 109. nu. 8.
& 10. deciſ. 323. nu. 6. inter impreſſ. apud Modern. Peruſ.
de manutenen. & in Fanen. dotis 17. Maij 1642. coram
R.P.D. meo Cerro*, nec non factum executoris, ſeu Cur-
ſoris qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis ad-
4 judicet, † & inſolutum det fungendo vice partis
*iuxt. text. in l. 1. Cod. ſi in cauſ. iudic.* non important da-
tionem in ſolutum, cum aliud ſit decretum de dando
5 in ſolutum, † aliud ipſa datio, & ad tranſlationem do-
6 minii non ſufficiat decretum Iudicis † niſi ſequatur
traditio hoc eſt executio decreti *Alex. conſ. 1. num. 4.
lib. 5. & conſ. 90. num. 9. lib. 2. Mandell. conſ. 742. num. 5.*
& in puncto *Gratian. diſcept. 545. num. 12. & ſeqq. relat.
à Modern. Piſaurien. de ſubhaſtat. qu. 26. n. 4. & ſeqq. qu.
162. n. 7. & 3. ſeqq. Caualer. dec. 171. n. 5. Buratt. dec. 124.
n. 14. & ſeq.*

Ita vt nec ſuffragetur quod Creditor ante decre-
tum eſſet in poſſeſſione bonorum, quia ſemper deficit
7 conſenſus Iudicis, † qui non dedit in ſolutum, ſed de-
creuit dari de futuro, cum tamen ad hunc effectum
8 requirantur verba de præſenti, & opus ſit † præce-
denti æſtimatione, & actuali datione in ſolutum per
Curſorem, aut executorem juxta ſtylum facienda, vt
in his terminis *Gratian. d. diſcept. 545. num. 49. & ſeqq.
Buratt. d. dec. 124. n. 16. & ſeqq. relat. à Moderno Piſau-
rienſi de ſubhaſtat. d. qu. 262. num. 19. & ſeqq.*

9 Non obſtat *Pariſius conſ. 42. num. 31. lib. 1.* qui ait †
non eſſe neceſſariam immiſſionem ex ſecundo decre-
to, ſeu traditionem quando victor iam eſt in poſſeſ-
ſione ex primo. Quia ſupponit quod Iudex per con-
ſenſum de præſenti adiudicauerit bona Creditori,
alioquin enim deeſt authoritas Iudicis neceſſaria me-
diante decreto adiudicationis, quod differt à decre-
10 to † de adiudicando ſicut promiſſio de accollando
11 † ab accollatione *l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum ff. verb.
oblig. Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 28. nu. 2.* & man-
12 datum de vendendo † à venditione *Tiraquell. de re-
tract. conuention. ad fin. tit. nu. 42. & ſeqq. Alex. conſ. 72.
nu. 9. lib. 3. Surd. conſ. 52. nu. 13. conſ. 372. n. 1. Theſ. dec. 234.
num. 5.*

Non obſtat quod triduo poſt decretum obtinuit
dari in ſolutum, Iudex ad inſtantiam eiuſdem Lauren-
tii inhibuerit Clerici, ne ipſum moleſtet ſuper vinea
13 ſtante quod fuit inſtanti tradita inſolutum, † & pro-
pterea ad ipſum pleno jure dominij ſpectat, vnde jun-
cto d. præcedenti decreto probari videtur vera datio
in ſolutum *Alba conſ. 742. num. 10. Quia Alba* loqui-
14 tur † quando præceſſit æſtimatio, neque probatur
negatiua quod nuſquam emanauerit decretum actua-
15 lis adiudicationis per verba de præſenti, † quod non
ſupplet dicta inhibitio, quæ per errorem ſupponit
decretum actualis dationis in ſolutum, & potuit fieri
etiam vigore alterius juris inſtanti competentis ſuper
vinea, vt dixit *Rota in Romana Domus 6. Februarij
1640. coram Eminentiſſim. D. Cardin. Panzirolo §. pe-
nult.*

Secundò quia aſſerta datio in ſolutum eſt nulla, &
nullitas apparet ex ipſa lectura decreti exaduerſò pro-
16 ducti, † quo caſu ad eam probandam non eſt opus vl-
teriori tranſportatione actorum *Gratian. diſcept. 968.
num. 10. Rota deciſ. 561. num. 12. part. 1. recent.* poſſeſſor
17 non eſt legitimus contradictor † ad retardandam im-
miſſionem fideicommiſſarii ex allegatis *per Modern.
Bononien. de legit. Contrad. qu. 7. num. 144. & 146. & per
Modern. Peruſ. de manuten. obſer. 42. num. 155. Alb. conſ.*
18 *388. num. 18.* quamuis authoritate Iudicis † poſſeſſio-
nem ingreſſus fuiſſet *Rota in Bononien. fideicommiſſi de
Roncho 16. Ianuarii 1589. coram bo. mem. Comitulo alle-
gata per Modern. Bononien. d. qu. 7. num. 147.* Apparet
inquam decretum emanaſſe citata Clarice, cum ta-
19 men ſtante illius minoritate probata † ex fide Baptiſ-
20 matis debuiſſet illa deputari Curator vt Iudicium †
validè fieret tam ex diſpoſitione Statuti Vrbis *cap. 49.
lib. 1.* quàm iuris communis *l. adnoneo adoleſcentem C.
qui per tutor. l. cum & minores C. ſi aduerſ. rem Iudic. l.
acta §. contra l. contra pupillum ff. re iudic. Bero. conſ. 75.
numero 24. lib. 3. Rota coram bon. mem. Buratto deciſ. 393.
num. 4. coram D. Vrgellen. deciſ. 142. numero 1.* & plenè
*in Maceraten. hæreditatis 2. Decembris 1639. coram
R.P.D. meo Royas.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Atque hinc de anno 1628. Clarix obtinuit per ſen-
tentiam alterius Iudicis reintegrari ad poſſeſſionem
huius vineæ, vnde excluditur ratificatio exaduersò
deducta ex acquieſcentia Claricis, ad quam prætereà
21 eliciendam non ſatis fuiſſet acquieſcentia † non pro-
bata quod Clarix habuerit ſpecificam ſcientiam nul-
litatis reſultantis ex capite non deputationis Curato-
ris, & non factæ æſtimationis, actualiſque adiudica-
tionis *Surd. conſ. 49. num. 33. & ſeqq. Gabr. conſ. 36. nu. 59.
60. & ſeqq. conſ. 146. num. 14. lib. 1. Barz. deciſ. 48. nu. 24.
& ſeqq. Rota coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 179. num. 6.
& in d. Maceraten. hæreditatis coram D. meo Royas.* Et
redditur magis turbidus titulus prætenſæ dationis in
ſolutum, accedente præſertim quod creditum pro
quo facta fuit non caret difficultate propter errores
calculi adductos per informantes pro Perontio.

Tertiò quia reſoluto per mortem iure Claricis de-
bitricis Laurentii, reſolutum pariter fuit ius eiuſdem
Laurentij, qui pro debito Claricis hæredis grauatæ
22 † non poteſt vltrà eius vitam retinere bona fideicom-
miſſo ſubiecta in præiudicium vocatorum *Rota deciſ.
11. num. 10. deciſ. 41. nu. 4. & 5. dec. 42. nu. 1. penes Cinc. de
cenſib. facit Text. in l. lex vectigalis ff. pignor. Surd. dec.
102. num. 12.*

Neque competit retentio ratione legitimæ debitæ
23 Clarici ex bonis fideicommiſſi in quam regulariter †
cenſentur electa corpora alienata per hæredem *l.
Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.* Quia Clarix non alie-
nauit hanc vineam, ſed ſolum aſſignauit Laurentio
24 fructus, quod longè † differt ab aſſignatione proprie-
tatis, *Bolognet. conſ. 7. ſub num. 25. verſ. qui voluit Alex.
30. num. 9. lib. 2.* & cum diſtracta fuerint alia corpora
fideicommiſſi, & hæres grauata non confecerit in-
25 ventarium hæreditarium, quod non ſuppletur † per
inuentarium tutelare factum nomine tutoris *Giurb.
ad Conſu. Meſſ. cap. 9. gloſ. 5. par. 1. num. 43. Rota in Bono-
nien. fideicommiſſi de Glauarinis* 10. *Decemb.* 1638. *coram
26 R. P. D. meo Royas,* legitima præſumitur † conſumpta
in aliis alienationibus *Adden. ad ſa. me. Greg. XV. deci.
185. num. 6. D. Vrgellen. dec. 360. num. 2. & 3.* & fuit di-
ctum *in d. Bononien. fideicommiſſi de Glauarinis* 10. *De-
cembris* 1638. *coram R. P. D. meo Royas, & in Verulana
fideicommiſſi* 22. *Iunij* 1640. *coram Me*, contra quas a-
lienationes obiici non poteſt, quod ſint poſteriores
prætenſa datione in ſolutum, quia ex ſupradictis nuſ-
quam deuentum fuit ad tranſlationem dominij vi-
neæ mediante actuali datione per verba de præſenti,
27 & in legitimam cenſentur electa † quæ primo alie-
nantur cum abdicatione dominij, non autem quæ
ſimpliciter hypothecantur *Ceph. conſ. 189. n. 19. & ſeq.
Peregr. de fideicom. art. 39. n. 8. & 9. Rot. dec. 1. n. 10. apud
Modern. Forolinien. de legitima.*

Et in omnem euentum cum datio inſolutum ſit eui-
28 denter nulla, † & Laurentius ſemper vineæ fructus
perceperit, quos ſaltem à die motæ litis tenetur re-
ſtituere, vel in creditum imputare, eius creditum
29 redditur illiquidum, † & per conſequens inefficax ad
retentionem *Grat. diſcept. 734. num. 13. Surd. deciſ. 46.
num. 16. Canaler. deciſ. 539. num. 5. Rota deciſ. 433. num. 2.
par. 2. recent. deciſ. 411. num. 24. par. 5. dec. 54. ſub num. 11.
apud Modern. Piſaurien. de ſubhaſtat. & in Auximana
Cenſus* 10. *Maij* 1636. *coram Reuerendiſſ. D. meo Ghiſile-
rio Prodecano, in Recanaten. manutentionis* 27. *Iunij*
1642. *coram R. P. D. meo Cerro*; Eo magis quia calcu-
lus, vnde probatio crediti deſumitur, detegitur in plu-
30 ribus erroneus, † taliſque ideò etiam in cæteris præ-
ſumitur *Grat. diſcept. 563. numero 35. coram ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 79. num. 2. vbi Adden. numero 6. alleg.
concord.*

31 Non obſtat exceptio melioramentorum quia †
ſufficit reſpondere, quod non fuit concludenter pro-
batum quid impenſum, & quid melioratum, vt requi-
ritur *l. in fundo ff. de rei vendicat. Peregr. de fideicom.
art. 50. num. 70. & ſeqq. Seraphin. deciſ. 898. num. 1. Rota
inter recent. deciſ. 650. num. 2. par. 2. dec. 399 n. 47. par. 5.*
Et quatenus opus ſit poterit à Perontio præſtari cau-
tio de reficiendis melioramentis poſtquam fuerint li-
quidata, vt fuit dictum *in deciſ. Canaler. 54. num. 1. verſ.
verum quia deciſ. 48. num. 16. par. 7. rec.* & aliàs ſæpe.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## CALARITANA CAPPELLÆ.

*Veneris 19. Februarij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ad effectum Iuris honorifici probatur leuioribus probationibus. Ius honorificum acquiſitum dicitur ex dotatione alicuius Cappellæ, quamuis ab alio fuerit conſtructa. Iuſpatronatus quando prætenditur ex redotatione Eccleſiæ, quæ dotem amiſit, tunc à redotante probandum eſt primam dotem eſſe redactam de eſſe ad non eſſe. Dos quod fuerit alicui Cappellæ conſtituta ex quibus probetur? Patrono non competit in Eccleſia patronata Ius Sepulturæ. Ordinarius non poteſt vigore *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* abſque ſpeciali cognitione reuidere Iuſpatronatus à 40. annis citrà.

### SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur leuioribus probationibus, quando agitur ad effectum iuris honorifici.*

2 *Iuſpatronatus à dotante acquiritur etiamſi Cappella non probetur ab eo conſtructa, ſed ab alio, & numero 3.*

4 *Iuſpatronatus quando prætenditur ex redotatione Eccleſiæ, quæ dotem amiſit, tunc probari debet primam dotem fuiſſe extinctam, & redactam de eſſe ad non eſſe.*

5 *Iuſpatronatus acquiritur tam dotanti, quam conſtruenti, ſi vnus dotat, & alter conſtruit.*

6 *Amplia etiam abſque ſpeciali reſeruatione, dummodo expreſsè non remittatur, vt homines ad dotandum alliciantur.*

7 *Iuſpatronatus, vt acquiratur ex dotatione non eſt opus quod bona aſſignentur nominatim titulo dotis, quando beneficium nuſquam fuit dotatum ſecus forſan ſi beneficio ſemel dotato, ſed dote reſtituto relinquantur.*

8 *Dotatio alicuius beneficij, ſeu Cappellæ ex quibus probetur?*

9 *Dos aſſignata ad effectum acquirendi Iuſpatronatus probari debet effectuata.*

10 *Dos alicuius Cappellæ aſſignata præſumitur ab eo, qui eam aſſignare tenebatur.*

11 *Iuſpatronatus probatur ex reedificatione Cappellæ, & apparatu Sacræ Suppellectilis ad eius cultum neceſſaria.*

12 *Item ex teſtibus deponentibus aliquem ſemper fuiſſe communiter habitum pro vero patrono.*

13 *Item ex publica voce, & fama quæ in antiquis valde conducit ad illius probationem, concurrentibus etiam adminiculis, & n. 14.*

15 *Conſenſus ordinarii requiritur ad acquiſitionem Iuriſpatronatus.*

16 *Conſenſus ordinarii præſumitur ex diuturnitate longiſſimi*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*giſſimi temporis iuncta fama, ac communi reputatione.*

17 *Ius ſepulturæ eſt quid diuerſum à Iurepatronatu, quod principaliter non poteſt competere in ſepulcro ita nec acceſſoriè ad Iuſpatronatus, quod in hac parte ius reſiſtit, & n.18 & 19.*

20 *Ordinarius nec etiam in actu viſitationis poteſt auferre, vel lædere Iuſpatronorum abſque iudiciali cognitione.*

21 Concil. Trid. Seſſ. 25. cap. 9. de reform. *mandat ordinariis reuiſionem Iuſpatronatus vltrà 40. annos adhibita cauſa cognitione.*

22 *Patronus non debet interim dum per ordinarium reuidetur Iuſpatronatus ad formam Sacri Concilij Tridentini priuari eius quaſi poſſeſſione præſentandi.*

23 *Sententia erronea, & non effectuata non meretur attendi, nec poteſt dici quod in iudicatum tranſiuerit.*

24 *Ordinarius præiudicare nequit veris patronis abſque eorum conſenſu.*

## DECISIO CLXII.

TErminato aliàs articulo manutentionis, vt in
deciſione ædita 1. Iulij proximè præteriti co-
ram Me; propoſui hodie dubium in petitorio, an ſci-
licet Iuſpatronatus ſpectet ad Saluatorem, & aliàs de
Gaſolis, & ſpectare DD. cenſuerunt ex infradicendis
cum petitio reſtringatur ad ſolum ius honorificum
1 pro quo † ſufficiunt leuiores probationes, vt fuit de-
ciſum *in Calagurit. Præeminentiarum* 26. *Iunij* 1591.
*coram bon. mem. Giptio, in Toletana Iuriſpatronatus* 12.
*Iunii* 1595. *coram bon. mem. Card. Blanchetto, in Palenti-
na Cappellæ* 12. *Maii* 1614. *coram bo. me. Martino Andr.
quæ eſt dec.* 548. *n.* 2. *par.* 2. *recent.* & notant *Doct. in cap.
nobis de Iurepatronatus.*

Prædeceſſores enim Saluatoris, & litis conſortium
Cappellam hanc S. Bernardini conſtructam in Ec-
2 cleſia S. Gregorii dotarunt de proprio, † qui eſt mo-
dus acquirendi Iuſpatronatus *cap. quicunque, & cap.
ſeq.* 16. *qu.* 7. *Caſſad. dec.* 6. *de Iurepat. Rot. dec.* 517. *nu.* 1.
*par.* 1. *rec.* & in terminis juris honorifici *deciſ.* 89. *n.* 25.
*par.* 6. *rec.*

Quamuis Cappella non probetur à dotante con-
3 ſtructa, † niſi aliundè conſtet quod jam dotem ha-
bebat *Rota deciſ.* 167. *in princ. & numero* 1. *par.* 1. *diuerſ.*
quidquid dicendum eſſet ſi prætenderetur Iuſpatrona-
4 tus ex redotatione Eccleſiæ, † quæ dotem amiſerat,
quo caſu à redotante probandum eſſet primam do-
tem fuiſſe redactam de eſſe ad non eſſe *Berou. conſ.* 4.
*num.* 26. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 457. *num.* 18. *deciſ.* 528. *numero* 2.
*par.* 1. *diuerſ. deciſio.* 285. *num.* 36. *coram Reuerendiſſ. Vr-
5 gellen.* Si enim vnus conſtituit † & alius dotat vtrique
Iuſpatronatus acquiritur *c. piæ mentis* 16. *qu.* 7. *Abb. in
Rub. de Iurepat. nu.* 6. *Lambert. de Iurepatr. par.* 1. *lib.* 1.
*qu.* 3. *art.* 2. *num.* 2. *Viuian. eod. tract. par.* 1. *libro* 2. *cap.* 2.
*numero* 1. *& ſeqq.* etiam abſque ſpeciali reſeruatione
6 † dummodo expreſsè non remittatur, quia à Canone
conceditur reſeruatio, vt homines alliciantur ad do-
tandum *cap. nobis de iurepatr. Lambert. lib.* 1. *par.* 1. *q.* 2.
*art.* 4. *num.* 12. *& ſeqq. Sanch. reſp. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.*
38. *num.* 5. *Rota deciſ.* 5. *de Iurepatr. in antiq. deciſ.* 377.
*num.* 3. *deciſ.* 609. *num.* 7. *par.* 5. *rec.* Nec opus eſt quod
7 beneficio bona aſſignentur † aut relinquantur no-
minatim titulo dotis, quando nuſquam fuit dota-
tum, licèt ſecus forſan eſſet ſi beneficio ſemel dotato,
ſed dote deſtituto relinquerentur juxtà diſtinctionem
*Rot. dec.* 285. *num.* 31. *& num.* 76. *&* 77. *dec.* 411. *numero* 4.
*coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Quod verò prædeceſſores Saluatoris, & aliorum
8 de Gaſolis Cappellam dotauerint, † conſtat ex pu-
blicis inſtrumentis teſtamentorum, in quibus illi plu-
rima bona legarunt Cappellæ, quorum legatorum
effectuatio, quæ eſt probanda per prætendentem
Iuſpatronatus *Rota deciſ.* 381. *ſub numero* 2. *par.* 1. *recent.*
9 probatur ex aſſertionibus † emiſſis in eiſdem teſta-
mentis antiquiſſimis junctis adminiculis, vt in pun-
cto *Rota deciſ.* 377. *numero* 5. *par.* 5. *rec. deciſ.* 362. *num.* 1.
*coram bo. me. Card. Caualer.* facit *Put. dec.* 149. *num.* 2.
*lib.* 3. *Rot. deciſ.* 25. *num.* 2. *in fin. deciſ.* 75. *n.* 3. *dec.* 176. *nu.* 5.
*par.* 1. *rec.*

Primum autem adminiculum deſumitur ex ſtatu
præſenti, quo clarum eſt Cappellam habere actualem
10 dotem; ea enim data † præſumitur ab hæredibus, qui
in vim dictorum teſtamentorum dare tenebantur *Fel.
in cap. ſicut num.* 35. *de re judic. Abb. conſ.* 54. *num.* 2. *par.* 1.
*Rota in Senen. Beneficii* 18. *Martii* 1598. *coram bo. mem.
Litta, & coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 102. *num.* 1.
*in fin.*

Alterum ex actibus poſſeſſoriis ſoli patrono con-
uenientibus geſtis pro tempore à Dominis de Gazo-
lis, & enumeratis in alia deciſione huius cauſæ co-
ram Me, & præſertim ex reædificatione Cappellæ,
11 † & apparatu Sacræ Suppellectilis ad eius cultum ne-
ceſſariæ *Seraphin. deciſ.* 907. *num.* 1. Tertium ex pluri-
12 bus Teſtibus † deponentibus quod Gazoli fuerunt
ſemper habiti pro veris patronis Cappellæ, & ali-
13 qui etiam deponunt de publica voce, & fama, † quæ
in antiquis valde conducit ad probationem Iuriſpa-
tronatus *Lotther. de re benef. lib.* 2. *qu.* 6. *num* 51. *Mohed.
deciſ.* 12. *de Iurepatr. Mantic. deciſ.* 318. *ſub num.* 5. *Caua-
ler. deciſ.* 336. *nu.* 3. *D. Vrgellen. dec.* 202. *num.* 2. Eo magis
concurrentibus prædictis teſtamentis, & adminicu-
14 lis † *Caſſad. dec.* 2. *de probat. Acchill. dec.* 17. *de Iure-
patr. Rot. dec.* 792. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. dec.* 224. *num.* 4.
*par.* 1. *rec.*

15 Nec deſideratur conſenſus Ordinarii † pro acqui-
rendo Iurepatronatus neceſſarius *cap. placuit* 1. *qu.* 2.
*Lambert. lib.* 1. *par.* 1. *qu.* 2. *art.* 2. *num.* 1. *&* 2. quia ex diu-
16 turnitate longiſſimi temporis † quo Gaſoli actus pa-
tronales palam fecerunt, & communis reputatio, ac
fama publica increbuit præſumitur *Lambert. d. qu.* 2.
*art.* 6. *&* 7. *n.* 2. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 9. *n.* 74. *Barboſ.
de poteſt. Epiſc alleg.* 70. *num.* 22. *Seraph. dec.* 871. *num.* 3.
*Rot. dec.* 674. *n.* 2. *par.* 2. *rec.*

Non obſtat quod eiſdem de Gaſolis fuerit aliàs ab
Ordinario conceſſa Sepultura in hac ipſa Cappella,
quia exinde nihil educi poteſt ad excluſionem Iuriſ-
17 patronatus, cum jus Sepulturæ † non ſit illi conſecu-
tiuum, neque patronis competat ex diſpoſitione juris
communis; nam ſicuti haberi non poteſt Iuſpatrona-
18 tus † principaliter in Sepulcro *Rocch. de Iurepatr.
verbo in Eccleſia numero* 13. *Lambert. lib.* 1. *par.* 1. *qu.* 11.
*art.* 13. *ex num.* 1. ita nec acceſſoriè ad Iuſpatronatus,
19 eo quod in hac parte ius reſiſtit *cap. abolendæ de ſepul-
tur. Lotther. de re benef. lib.* 2. *qu.* 4. *n.* 7. *& ſeqq. Caualer.
dec.* 445. *num.* 5. *Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. dec.* 145.
*num.* 8.

Non obſtat viſitatio Ordinarij de anno 1601. in qua
declaratur non conſtare de Iurepatronatus, & Cap-
pellam ſpectare ad Eccleſiam, quia non juſtificatur
ex actis, ſine quibus, & judiciali cauſæ cognitione
20 non licuit Ordinario etiam † in caſu viſitationis au-
ferre, aut lędere Iuſpatronorum, licet talis cognitio
tunc temporis non requiratur in reſpicientibus cor-
rectionem morum *Macerat. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 110.
*nu.* 13. *&* 15. *Scacc. de appel. qu.* 17. *lim.* 26. *ſub nu.* 10. Nec
pariter licuit abſque judiciali cognitione procedere



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vigore *Conc. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* mandantis
21 † ab Ordinariis reuideri Iurapatronatus à 40. annis citrà, quia hoc de quo agitur eſt vltrà 40. annos & ipſum Concilium vult adhiberi diligentem cogni-
22 tionem, ibi, *diligenter cognoſcantur*, adeò quod interim dum reuidentur, & cognoſcuntur non debeant patroni ſua quaſi poſſeſſione priuari, vt fuit dictum *in Barchinon. Priorat. 11. May 1609. cor. b. m. Coccino, & in Cæſaraug. de Marilla 6. Nouemb. 1617. coram eodem alleg. à Barb. in collect. ad Concil. d. cap. 9. n. 89.*

Eoque minus obſtat dicta viſitatio, & declaratio, quia non habuit effectum cum ex teſtibus conſtet Gaſolo, etiam poſtea continuaſſe actus patronales,
23 & quia ex ſupradictis probatur erronea, † & iniuſta, vnde nec illa, nec alia ſententia in idem lata de anno 1632. meretur attendi, aut dici poteſt in judicatum tranſiiſſe *Cæſar. de Graſſ. dec. 2. n. 6. & ſeqq. de ſolut. Seraph. dec 988. n. 6. Caualer. dec. 270. n. 5. Rot. dec. 343. n. 2. par. 6. recent.*

Tandem non obſtat, quod Ordinarius Cappellam hanc vendiderit Aduerſario de anno 1631. quia non ideò abdicatum fuit Iuſpatronatus à Gaſolis veris
24 patronis, † quibus Ordinarius abſque eorum conſenſu præiudicare non potuit *iuxta regulam tex. in l. id quod noſtrum 11. ff. de reg. iur.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, pluries tamen citato aduerſario.

## LEODIEN. ATTENTATORVM.

*Mercurij 24. Febr 1644.*

### ARGVMENTVM.

Iudicium attentatum licet motum præſumatur ab eo, cuius commodo attentata cedunt, ceſſat tamen præſumptio, quando motum legitur ab alio habente principale intereſſe, & cum attentata ſonent in delictum non præſumptiua ſed plena, ac concludens probatio requiritur. Tertius appellans à ſententia contra alium lata facit omnia acta ſua, & aliquid innouando attentat.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudicium motum præſumitur ad inſtantiam illius, cuius commodo reſultat.*

2 *Præſumptio tamen ceſſat, quando nominatim motum legitur ab alio habente principale intereſſe pro conſecutione alicuius rei ſibi debitæ.*

3 *Attentata cum ſapiant delictum requirunt plenam, & concludentem probationem, non autem præſumptiuam.*

4 *Lis pendens ſuper titulo beneficij afficit etiam fructus tanquam conſecutiuos.*

5 *Lite in Rota pendente non poteſt ſub prætextu alicuius priuilegij nouum inchoari Iudicium coram alio, ſed priuilegium debet in Rota exhiberi.*

6 *Tertius appellans à ſententia contra alium lata efficitur pars formalis illius Iudicii, itaut omnia acta faciat ſua.*

7 *Tertius qui appellationi alterius adhæſit ſe facit partem, itavt innouando dicatur attentare.*

8 *Attentare non dicitur qui ſuam continuat poſſeſſionem vigore manutentionis obtentæ.*

9 *Probatio facta in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas, non releuat.*

10 *Attentata ſi reuocari nequeunt ad inſtantiam partis malum Ius fouentis, ſemper reuocari poſſunt officio Iudicis, cuius eſt læſa maieſtas.*

## DECISIO CLXIII.

PEndente lite in Rota inter Lambertum, & Albertum ſuper titulo Beneficij ſub inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis, & Sancti Michælis ſiti in Eccleſia Parochiali vndecim millium Virginum, Albertus vigore ceſſionis jurium reportatæ à D. Archidiacono Leodienſi, qui ex indulto ſan. mem. Pii V. fructus beneficiorum litigioſorum ad ſe ſpectare prætendit mouit iudicium ſuper fructibus Beneficii coram officiali Leodienſi, & ſententiam fauorabilem obtinuit, quam deinde Rota declarauit attentatam cum omnibus inde ſecutis per duas deciſiones coram me editas 4. Iulij 1642. & 30. Ianuarij 1643. & extenſo ad formam deciſionum decreto ac expedito mandato ſuper reuocatione attentatorum illud cum inſertione commiſſionis appellationis ſuper negocio principali mihi alias directæ fuit in partibus intimatum dicto D. Archidiacono, qui ab eo decreto appellauit ad Sanctiſſimum.

Poſtmodum vero inſtituit judicium coram Conſeruatore priuilegiorum Cleri Leodienſis ſuper dicti Beneficij fructibus, & conſeruator præcepit Lamberto vt reſponderet exaduerſo allegatis: cuius Iudicii occaſione cum Lambertus daret de nouis attentatis, tam contra Albertum, quàm contra Archidiaconum propoſui hodie dubium an conſtet de nouiter attentatis, & reſolutum fuit negatiuè quo ad Albertum, affirmatiuè quo ad Archidiaconum.

Præfatum enim Iudicium, quod vt infra dicam eſt attentatum, non fuit motum ab Alberto, ſeu de eius mandato, ſed à Procuratore Archidiaconi, & li-
1 cèt ob commodum exindè reſultans Alberto † poſſet præſumi eo inſtante motum ad effectum denegandi audientiam donec attentata purgentur, niſi conſtaret cuius nomine motum fuerit juxta theoricam *Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi numero 19. ff. nou. oper. nunc. quam in terminis attentatorum ſecuta eſt Rot. deciſ. 550. num. 2. & 3. part. 3. recent.* quia tamen motum
2 legitur ad inſtantiam Archidiaconi † cuius principaliter intereſt ſibi fructus adiudicari in vim priuilegii Piani propterea ceſſat omnis præſumptio contra Albertum, qui nominatus non fuit vt diſtinguendo vtrumque caſum dixit. *Rot. deciſio. 96. numero 1. & 2. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 534. numero 8. in fin. part. 1. recent. deciſio. 191. num. 5. part. 2.* & ad effectum
3 reuocationis attentatorum, quia ſapiunt delictum † non ſufficit probatio præſumptiua ſed plena requiritur *Mant. deciſ. 62. n. 2. dec. 167. n. 4. & part. 2. rec. deciſ. 411. n. 1.*

Attentauit autem Archidiaconus, quia pendente
4 lite in Rota † ſuper titulo Beneficij, quæ afficiebat etiam fructus tanquam conſecutiuos ad titulum *Lancellot. de attent. part. 2. c. 4. limit. 2. n. 10. Caſſad. dec. 9. n. 3. de cauſ. poſſ. & prop.* non debuit nouum judicium
5 ſuper fructibus mouere † coram Conſeruatore, ſed priuilegium Pij V. deducendum erat in Rota *Butr. in cap. cum M. Ferrarienſis n. 61. de conſtit. Lancell. de attent. d. limit. 2. nu. 52. & ſeqq. cum aliis allegatis in deciſ. emiſſa 4. Iulij 1642. coram me quibus additur deciſio coram bon. mem. Sacrato impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 2. fol. 64. n. 1.*

Neque excuſari poteſt tanquam tertius; cum enim illi intimatum antea fuiſſet decretum reuocationis præcedentium attentatorum vna cum commiſſione cauſæ principalis in Rota comprehenſiua tam tituli quàm fructuum, & omnium ac ſingulorum perſonarum quibus illa præſentaretur, & ab eo-
6 dem decreto appellauerit † euenit pars formalis in

judicio

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iudicio pendente in Rota,& omnia acta ibi hactenus facta ſua fecit *Acchill. deciſ.13. de appellat. Put. deciſ. 71.lib.3.Rot.dec.98.numero 5.par.1.recent. Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.259. numero 8. & fuit dictum in Montiſregalis Iuriſd. 10. Iunii 1602. coram bon. mem. Cardinali Mellino impreſſa apud Marcheſ. tom.2. fol.* 267.& in fortioribus terminis, quod tertius † qui ad-
7 heſit appellationi alterius, ſe fecerit partem, itaut innouando dicatur attentaſſe *Lancell. de attent. part.1. cap.3.n.63.& 64.*

Non etiam excuſandus eſt, quia continuauerit
8 poſſeſſionem percipiendi fructus beneficii litigioſi, in qua alias obtinuit manutentionem à Rota *vt in deciſio.583.part.1.recent.* quia Archidiaconus non probauit huiuſmodi poſſeſſionem in hoc beneficio, & probatio facta in alia cauſa, † & inter diuerſas perſo-
9 nas non releuat vt in his terminis reſponſum fuit in *Leodien. fructuum 26. Aprilis 1621. coram bo.me. Coccin.*

Non obſtat quod per deciſiones editas ſuper articulo manutentionis conſtet de non jure Lamberti inſtantis pro reuocatione attentatorum, quia quicquid
10 ſit de hoc, adhuc reuocari poſſunt attentata ex officio Iudicis, cuius fuit læſa Majeſtas *Caputaq. dec.134.li.1. in manſcrip. Rot deciſ.2. ad fin. de reſt. ſpol. in nou. deciſ. 465.n.10. coram ſan. mem. Greg. XV. dec.235. nu.7. par.1. recent. deciſ.272.n.5.par.3.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

## LEODIEN. BENEFICII.

*Mercurij 24. Febr. 1644.*

### ARGVMENTVM.

Decretum irritans quod contineatur in regula de 20. plene in hac deciſione oſtenditur, vbi etiam quod regula 8. continens decretum irritans antiquitus non inſerebatur inter cæteras regulas Cancellariæ, licet fuerit poſtea addita, non tamen fuit alterata illarum natura. Obitus reſignantis intra 20. dies ex quibus probetur? Regula de 20. vt locum habeat ſufficit quod reſignans obierit intra 20. dies, non autem requiritur, quod probetur infirmitas reſignantis de tempore reſignationis.

### SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans an contineatur in qualibet regula Cancellariæ, non adhuc fuit à Rota deciſum.*
2 *Regula Cancellariæ de 20. habet decretum irritans.*
3 *Decretum irritans reſultat ex illis verbis* nullius ſint roboris, & momenti.
4 *Regulæ cancellariæ, quæ iudiciales, & de dandis appellantur ad diſtinctionem earum, quæ tantum reſpiciunt modum, & formam expeditionis habent ad inuicem quandam connexionem inter ſe ad inſtar plurium Inſtrumentorum in eodem prothocollo contentorum.*
5 *Clauſula* actum, *aut ſignum Notarij poſitum in ſubſequenti Inſtrumento refertur etiam ad antecedens exiſtens in eodem protocollo.*
6 *Decretum irritans appoſitum in regula Cancellariæ ſubſequenti refertur ad antecedentem.*
7 Deciſ.767.part.2.rec. declaratur.
8 *Decretum irritans appoſitum in regula 8. Cancellariæ non refertur ad alias regulas, & quare?*
9 *Verba* collatio huiuſmodi nulla ſit *æquipollere videntur decreto irritanti, quia inducunt nullitatem ipſo iure.*
10 *Productio facta à Procuratore, ſi fuit à principali ratificata habetur, ac ſi ab ipſomet principali eſſet facta.*
11 *Actor in beneficialibus obtinere non poteſt in petitorio ex non iure aduerſarij, niſi ſimul de ſuo titulo doceat, quicquid ſit ad effectum obtinendi ſententiam abſolutoriam, in Iudicio poſſeſſorio.*
12 *Cautela per compulſum non ſuffragatur producenti in Iuribus ad fundandam intentionem productis.*
13 *Confeſſio patroni emiſſa poſt præſentationem non nocet præſentato præſertim quando detegitur erronea.*
14 *Regula de 20. vt locum habeat non eſt neceſſe quod probetur infirmitas reſignantis tempore reſignationis, ſed ſufficit quod probetur obitus infra 20. dies.*
15 *Clauſula* dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui Ius quæſitum *præſeruat Ius alteri antea quæſitum ex præſentatione.*
16 *Præſentatio facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi reputatur valida.*
17 *Præſentationi effectum ſortita mediante Inſtitutione Ordinarii multum defertur.*
18 *Ius quæſitum ex præſentatione, & prouiſione Ordinarij non redditur turbidum per appellationem ex aduerſo interiectam à ſententia eiuſdem Ordinarij fauore prouiſi ſi eſt clarum, & validum.*

## DECISIO CLXIV.

VT à deciſis ſub die 22. Maij proximè præteriti coram me recederetur, informantes pro Lamberto hodie deducebant quod regula *Cancellariæ nuncupata de viginti, quæ eſt 19. in ordinatione* non eſt munita decreto irritanti, quodque non probatur obitus reſignantis intra viginti dies. prout ex regula requiritur, ac tertio quod non conſtat de infirmitate reſignantis de tempore reſignationis.

Sed nihilominus Rota ſtetit in deciſis ex rationibus in prima deciſione deductis. Quo autem ad de-
1 cretum irritans, † licet an illud in qualibet regula Cancellariæ contineatur indeciſum reliquerit *Put. dec.191.lib.3.* & dubium ſemper fuiſſet in Rota teſtetur *dec.767.n.6.par.2.rec.* fuit tamen poſtea reſolutum af-
2 firmatiuè † in puncto huius regulæ in *Leodien. Beneficij 25. Maii 1640. coram R P.D. meo Cerro.*

Et merito, quia ad illam quoque referuntur verba poſita in regula ſubſequenti de idiomate 20 in ordine,
3 ibi, *nullius ſint roboris, & momenti*, quæ † decretum irritans important *Gonz. ſuper regul. 8. Cancellariæ gloſſ.57. n.7. & 8. iuncta gloſſ. 67. n. 65. Monet. de Commut. vltim. volunt. cap.7. n 253. Barboſ. clauſ.40. n.41. & 42. latè Tiraq. in l. ſi vnquam verbo reuertatur n. 97. & ſeqq. Cod. reuoc. donat.*

Cum enim omnes regulæ Cancellariæ, quæ Iudi-
4 ciales, & de dandis † appellantur ad diſtinctionem earumque tantum reſpiciunt modum, & formam expeditionis per Cancellariam vel alias vt notat *Mand. ſuper regul. Cancellariæ in proem. quæſt.3. nu.1.* habeant ad inuicem, (& ſi diſtinctæ ſint) quandam connexionem ad inſtar plurium inſtrumentorum in eodem protocollo contentorum propterea ſicut *clauſula*
5 *actum*, † aut ſignum Notarij poſitum in ſubſequenti inſtrumento refertur etiam ad antecedens in eodem protocollo, *Bart. in l. ſi quis ex argentariis § ſi initium n.33. in fin. ff. eden. Iaſon. in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chriſogonus numero 10. ff. verb. oblig. & fuit dictum in Nouarien. Bonorum 17. Decembris 1640. coram bon. memor.*
6 *Coccino Decano*, ita decretum irritans † appoſitum in regula ſubſequenti refertur ad antecedentem



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*Mandoſ.ſuper regul.in proem.num.4.& quæſt.2. per tot.
quæſt.3.num.1.in fin. & n.2.Gonzal.ſuper regul.8. gloſſ.1.
num.10.Gratian.diſcept.574.n.32.Caſſad.dec.1.ſub n.10.
verſ.pro quo facit de reſt.ſpol.*

7 Neque obſtat *deciſ. 767. part. 2. recent.* † nam lo-
quitur de regula 8.Cancellariæ, cuius decretum irri-
8 tans, † negat ad alias regulas referri quia illa antiqui-
tus non inſerebatur inter cæteras regulas Cancellariȩ,
ſed circumferebatur ſeorſum cum ſuis ſpecialibus
clauſulis, & decreto irritanti vt legitur in eadem *deci.
767.n.4.* vbi exindè infertur quod dum Pontifices re-
gulam 8. deinde addiderunt aliis regulis non eſt ve-
riſimile quod voluerint alterare earum naturam.Præ-
ter quod in ipſa *regula de viginti* adſunt in fine ver-
ba annullatiua collationis ibi, *collatio huiuſmodi ſit
9 nulla*, quæ æquipollere † videntur decreto irritanti,
quia inducunt nullitatem ipſo iure, *Tiraquell. in l. ſi
vnquam verbo reuertatur n.243.C.reuoc.donat. Iaſ.conſ.
85.n.8.& 9.lib.3.Sanchez.de matrim.lib.8. diſput.21.ſub
n.75.& 76.Barboſ.dict.129.num.3.Rot.in Treueren.Abb.
Sancti Maximini 20.Nouembris 1624. coram bon.mem.
Cocc.in princ.*

Quod verò reſignans obierit infra viginti dies pa-
tet ex confeſſione ipſius Lamberti emiſſa in præci-
bus pro obtinenda noua prouiſione, eo quod prior
ex dicto capite nulla erat, Eminentiſſimo Cardinali
Legato porrectis, & à Procuratore Lamberti produ-
10 ctis, † juncta ſubſequenti ratificatione Lamberti
omnium à Procuratore geſtorum, quæ efficit vt idem-
met Lambertus videatur produxiſſe. *Rot. deciſio. 88.
num.24.par.5.recent.* Et gratis dicitur tum productio-
nem tum ratificationem emanaſſe in alio judicio
pendente contra Colonos coram Commiſſario offi-
cialis Leodienſis ſuper fructibus Beneficij, quia in il-
lo jam emanauerat ſententia de menſe Martij 1640.
& ſic per decem menſes ante ratificationem Lamber-
ti, quæ facta fuit die 19. Ianuarii 1641.non coram
Commiſſario Officialis, ſed coram Officiali qui tunc
erat Iudex cauſæ Beneficialis in tertia inſtantia, &
deinde tulit tertiam ſententiam confirmatoriam pri-
mæ latæ per Conſeruatorem Cleri Leodienſis, & ſe-
cundæ per Præpoſitum, pro vt luce meridiana cla-
rius redditur ex oculari lectura libelli pro obtinenda
ſententia fauorabili ſuper titulo beneficij in vim no-
uæ prouiſionis judicialiter exhibiti à Procuratore in
prima inſtantia, & à Lamberto ratificatæ in tertia
proceſſ.fol.119.& ſum. Alberti dato in calce reſpon-
ſionis facti *n.1.& 2.*

Non obſtat quod productio facta fuerit à Procu-
ratore cum maxima cautela, & præſeruatiua vide-
licet *citra reſultum à quocumque iure ſibi quæſito vigore
prouiſionis Apoſtolicæ apud acta exhibitæ tum reſpectu
petitorij quam poſſeſſorij, & ad omnes meliores fines, &
effectus ius iuri cumulando, &c.* quia cum producens
egeret noua prouiſione pro fundanda intentione con-
tra Albertum præſentatum à veris patronis, cui non
obſtabat prima prouiſio aduerſarij ob reſiſtentiam
regulæ de viginti, & pro obtinenda fauorabili ſen-
11 tentia canonizatoria ſui iuris in petitorio † jam de-
ducto in judicium ex parte ſua vt patet ex prædicta
proteſtatione, ibi, *tam reſpectu petitorij, &c.* in quo
non poterat obtinere ex non jure Alberti, niſi ſimul
de ſuo titulo doceret, quicquid ſit ad effectum re-
portandi ſimplicem ſententiam abſolutoriam in ju-
dicio poſſeſſorio vt bene ex *text. in cap. cum olim de
reſcript.diſtinguit ibidem Felin. num. 9. & ſub num.10.
limit.2.& 3.& facit tex.in regula beneficium de reg.iur.
in 6. Rot. dec.55. num. 7. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.*
propterea productio non poteſt dici facta ad effe-
ctum diuerſum ab eo judicio, ſed neceſſaria fuit ad
finem ipſum iudicij tunc pendentis, & clauſulæ præ-
ſeruatiuæ effectum productionis non limitant, prout
12 dicimus de cautela per compulſum, † quæ non ſuffra-
gatur producenti in juribus ad fundandam intentio-
nem productis vt fuit *deciſum in Anconitana Compu-
torum 9. Decembris 1616. coram bon. mem. Cardinali
Fabritio Veroſpio relat.per adden.ad ſan.me. Greg.XV.
deciſ.238.n.15.in fin. & in Bergomen. Cappellaniæ 9. De-
cembris 1624. coram bon. mem. Manzanedo Patriarca
Hieroſolymitano.*

13 Non obſtat contraria confeſſio patroni, † qui præ-
ſentauit Albertum, quia placuit reſponſio quod emiſ-
ſa fuit poſt præſentationem ideoque præſentato non
nocet ex *Natt.Rolan.& aliis allegatis in prima deciſio-
ne*, eò minus quia probatur erronea ex confeſſione
aduerſarii, & ex teſtibus juncta etiam fide Parochi ac
tribus ſententiis latis pro Alberto.

Rurſus quod non probetur infirmitas reſignantis
14 de tempore reſignationis † non intereſt attenta de-
claratione facta à Clemente VII. ſub illis verbis re-
gulæ de viginti, *etiam vigore ſupplicationis dum eſſet
ſanus ſignatæ*, per quæ ſublata ferè eſt omnis antiquo-
rum controuerſia, cum oſtendant voluiſſe Papam
comprehendere reſignationes factas, ſiue de tempo-
re infirmitatis ſiue ſanitatis reſignantis, dummodo in-
fra viginti dies illius obitus ſequatur; ita vt fruſtrato-
rium ſit quærere de infirmitate reſignantis eiuſque
ſtatu, ſed ſufficiat illum morte naturali infra viginti
dies deceſſiſſe vt ſit locus regulæ *Sarnen. ſuper eodem
regula quæſt.12.in fin.& quæſt.31.in fin. Chokier. ibid.ſub
nu.15. verſ.itaque fruſtra quæritur Pariſ.de reſign.lib.12.
quæſt.6.num.7.& 25. Lotthor. de re benef. lib.3. quæſt.13.
nu.68.Filluc.quæſt.moral.tom.3.tract.41.c.10.ſub nu.49.
verſ.3.etiam ſi Viuian.de Iurepatr.lib.13.cap.10.nu.86.
Rot.in Leodien. Beneficij 25. Maij 1640.coram R.P.D.
meo Cerro.*

Tandem non ſuffragatur aduerſario noua proui-
ſio, quia habet in ventre clauſulam *dummodo tempo-
15 re data non ſit alicui ius quæſitum*, † quæ præſeruat ius
antea quæſitum Alberto ex præſentatione *Felin. in
cap.cauſam quæ n. 26.verſ.ſed Rota de reſcript.Lotther.
de re benef.lib.2.quæſt.23.num.1.Barboſ. clauſ.44.nu.4.
Rot. dec.17. verſ.nam Papa de præben.in nou. deciſio. 52.
numero 3. par. 2. recent.* Quodque illud eſſet validum
16 dubitari non poteſt, quia præſentatio facta fuit † ab
exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi *iuxta tex.
in cap. conſultationibus de Iurepat. cap. querelam de
17 elect. & præſentatus fuit* inſtitutus ab Ordinario † cui
multum defertur *Lambert. de Iurepat.lib.2.par.2.quæſ.
10.art.7.num.11.Seraph. deciſ.1232.num.2.* & vltro ha-
buit quatenus opus ſit collationem ab Ordinario, cui
quatenus intrarent Concordata Germaniæ compete-
bat Collatio, cum vacatio beneficij contigerit de
menſe Februarij. Neque jus Alberti turbidum reddi-
18 tur † ex eo quod per appellationem ex aduerſo inter-
poſitam à ſententia Ordinarij lis deſuper penderet,
dum ex prædictis eſt clarum, & validum *l. in Compen-
ſatione vbi Bart.& Bal.in princ.Caſtr.n.1.ff. Compenſa.
Rot.in Neapolitana penſionis 27. Maij 1641.coram me.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## TIBVRTINA HÆREDITATIS.

*Veneris 26. Februarij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Statutum conditum à populo ſubiecto ſine con-
ſenſu

ſenſu Principis, an poſſit abſque Principis licentia abrogari? Reſponderunt affirmatiuè quando Statutum eſt contra ius, quia per illius abrogationem reducitur res ad terminos iuris communis. Statutum requirens in teſtamento mulieris conſenſum proximiorum nullum eſt & inualidum ſecundum opinionem aliquorum DD. quia arctat homini ſanæ mentis libertatem teſtandi; Rota tamen eorum opinionem ſuper inualiditate Statuti adhuc ſequuta non fuit. Statutum Tiburis requirens in donatione mulieris vltra decretum Iudicis interuentum conſanguineorum, & in eorum defectum conſenſum capitis militiæ & Priorum, ſufficit pro validitate donationis, quod conſanguinei interuenerint licèt contradixerint, quia Iudex interponendo decretum cenſetur tacitè interlocutus ſuper irrationabilitate contradictionis. Deficientia conſanguineorum, ad hoc vt locum habeat conſenſus capitis Militiæ, & Priorum probata dicitur eo ipſo quod vltra conſanguineos, qui contradixerunt fuerunt alii citati, & non comparuerunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum Tiburis* 47. *requirens in teſtamento mulieris conſenſum proximiorum non eſt vere Statutum, ſed quædam reformatio edita à ciuibus abſque Beneplacito Apoſtolico, & fuit abrogata de anno* 1587. *ab eiſdem ciuibus,& abrogari potuit.*

2 *Statutum ad publicam vtilitatem conditum à populo ſubiecto ſine conſenſu Principis, an poſſit ſine licentia Principis abrogari? Negatiuam opinionem tenet* Ludouic. Bell. conſ. 68. numero 8. *diſtinguens inter Statuta ad publicam & priuatam vtilitatem.*

3 *Affirmatiua vero opinio verior eſt, quando Statutum eſt contra ius, quia per illius abrogationem res reducitur ad terminos iuris communis.*

4 *Amplia quamuis Statutum ſit à Principe confirmatum, quatenus in confirmatione non adſit decretum irritans.*

5 *Statutum requirens conſenſum proximiorum in teſtamento mulieris eſt contra ius, quia coarctat homini ſanæ mentis libertatem teſtandi.*

6 *Et ex hac ratione tale Statutum non valere tenent quamplures DD. quamuis eorum opinionem circa inualiditate Statuti Rota adhuc amplexa non fuerit.*

7 *Statutum Tiburis requirit in donatione mulieris conſenſum conſanguineorum, decretum Iudicis ac conſenſum capitis militiæ & Priorum in defectum conſanguineorum & n.ſeqq.*

8 *Et ſi conſanguinei interueniunt, ac etiam diſſentiunt ſi diſſenſus eſt rationabilis non poteſt ad ſtipulationem inſtrumenti deueniri.*

9 *Si vero irrationabilis requiritur conſenſus aliorum conſanguineorum in gradu remotiorum & n.*9.

10 *Decretum Iudicis non poteſt ſupplere conſenſum conſanguineorum requiſitum in contractu, ſi illud copulatiuè à Statuto requiritur.*

11 *Conſenſus capitis militiæ & Priorum requiſitus à Statuto Tiburis in contractu mulieris in defectum conſanguineorum adhiberi nequit donec extant conſanguinei, & deficientia adhuc effectum probanda eſt, nec ſufficit illorum diſſenſus, quia aliud eſt quod recuſent conſentire, aliud quod non adſint.*

12 *Quicquid dicendum ſit, ſi Statutum requireret ſimpliciter conſenſum proximiorum, & decretum Iudicis, & Priores haberent de ſe iuriſdictionem authorizandi contractum, quo caſu recuſantibus conſanguineis conſentire, aliiſque non exiſtentibus poteſt Iudex eorum conſenſum ſupplere per interuentum Priorum.*

13 *Theorica Salicet. in* l. dudum n.7. Cod. de contrahen. empt. *in quibus terminis procedat?*

14 *Donatio facta à muliere reputatur valida attenta diſpoſitione Statuti Tiburis non obſtante contradictione proximiorum, ſi Iudex decretum interpoſuit, nam illud interponendo cenſetur ſimul ſuper irrationabilitate contradictionis interlocutus.*

15 *Relationi Nuncij ſeu Curſoris fides adhibetur.*

16 *Conſanguineorum deficientia probata videtur ſi omnes citati ad intereſſendum & præſtandum conſenſum contractui non comparuerunt.*

17 *Nam paria ſunt quod exiſtant vel non compareant, præſertim quando eorum exiſtentia conſideratur à Statuto ad certum effectum, ſcilicet intereſſendi contractui.*

18 *Impugnans contractum ob non interuentum conſanguineorum probare tenetur nedum exiſtentiam ſed etiam quod non habebant impedimentum vel ſaltem eorum habilitatem naturalem, ſcilicet ſanitatem in die celebrati contractus.*

19 *Ex conſanguineis mulieris ſi aliquis non fuit citatus ad interueniendum contractui, ex quo erat Prior, ſeu Officialis Ciuitatis iuxta ſolitum non citandi in ſimilibus caſibus, ſolitum verum præſumitur ſi Iudex interpoſuit ſuum decretum in contractu.*

20 Deciſ. 57. *Manentis declaratur.*

21 *Statutum Tiburis mandans in defectum conſanguineorum adhiberi in donatione mulieris conſenſum capitis militiæ & Priorum, illius forma adimpleta dicitur quamuis ex tribus Prioribus duo tantum interuenerint, & redditur ratio nam. ſequenti.*

22 *Facultas ſeu poteſtas vbi datur à lege vel Statuto pluribus ſufficit maior pars, quicquid ſit quando poteſtas datur ab homine, & ſufficit quod interueniat maior pars ſecundum ſubiectam materiam, n.* 26.

23 *Officium repræſentatur à maiori parte in iis quæ ratione officij & ordinis competunt pluribus, vt vniuerſis, non vt ſingulis.*

24 *Dummodo tamen omnes vocentur.*

25 *Verbum vnitamente poſitum in Satuto Tiburis non refertur ad Priores, itaut omnes conſentire debeant contractui mulieris, ſed ad decretum Iudicis, vt ſcilicet requiratur coniunctim cum conſenſu Priorum.*

26 *Conſenſus plurium vbi requiritur, ſufficit quod interueniat maior pars ſecundum ſubiectā materiam.*

DECISIO CLXV.

Laudomiæ in vim donationis reportatæ à Hieronyma, quæ fuit hæres ex teſtamento Victoriæ ſororis agenti ad dotes tum Victoriæ tum Hieronymæ debitas, & quas alias Rota declarauit non ſubiacere oneri fideicommiſſi impoſito à patre quia ſuccedunt loco legitimæ, Angela hæres Pauli rei conuenti obiiciebat nullitatem dicti teſtamenti ac donationis, ideoque propoſui dubium, an teſtamento & donationi obſtent exceptiones nullitatis, & negatiuè reſponſum fuit.

Teſtamentum enim Victoriæ conditum apparet cum omnibus ſolemnitatibus à iure communi requiſitis, neque adhiberi debuit conſenſus proximiorum
1 iuxta diſpoſitionem Statuti Tiburis *cap.* 47. † quia



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

illud non eſt verè Statutum ſed potius quædam reformatio ædita à ciuibus Tiburtinis abſque Beneplacito Apoſtolico & fuit abrogata de anno 1587. ab eiſdem ciuibus vt potuit, quia quicquid ſit an Satutum
2 ad publicam vtilitatem † conditum à populo ſubiecto ſine conſenſu Principis poſſit ab eodem populo ſine Principis licentia abrogari, in quo articulo negatiuam opinionem diſtinguendo inter Statuta ad publicam vel priuatam vtilitatem ſecutus eſt *Ludouic.Belluſ.conſ.68. num. 8. ex ſententia Decian. in repetitione cap.cum acceſſiſſet numero 3.verſ. vnde retenta de Conſtit.* poteſt proculdubio quando Statutum eſt con-
3 tra ius, † quia per illius abrogationem reducitur res ad terminos juris commmunis, vt poſt *Bart. in l. omnes populi n.33. ff.iuſt. & iur.* tradit *Iaſ.in l. omnium n. 10.* vbi in fortioribus terminis loquitur de abroga-
4 tione Statuti confirmati à Principe, quatenus in confirmatione non adſit decretum irritans *Cod. teſtam. Felin.in cap.cum acceſſiſſent ſub nu.5. verſ.hanc declarationem de Conſtit. Dec.ibid. ſub nu.18. & 19. Mareſcott. var.reſol.lib.2.cap.38.n.4. & 5. Seſſe deciſ. Aragon. 355. ſub n.15.Rota deciſ.375. num.4. part. 2. recent. dec.84. n.11.par.7.*

5 Quod autem Statutum requirens † conſenſum proximiorum in teſtamento mulieris ſit contra ius dubitari non poteſt, quia coarctat homini ſanæ mentis libertatem teſtandi contra tex.*in l. ex facto ff. vulg. & pupill.l.2.in fin.ff.ſi à parente quis manumiſſ. fuer.l.1. Cod.ſacroſan.Ecc.§.diſponat Auth.de nuptiis*, ob quam
6 rationem † huiuſmodi Statuta non valere dixit *Caſtr. in d.l.ex facto num.6. Alex.num.74.Bald.in l.omnes populi num.67.ff.iuſt.& iur. Ruin.in l.ſi quis poſt huiuſmodi §. ſi filium num. 76. ff. lib. & poſth.* & alii relati per *Menoch. conſ.496. num.107. Decian. conſ.16. num.100. lib.4.* Quorum tamen opinionem circa inualiditatem Statuti adhuc Rota amplexa non fuit, & cum vtriuſque opinionis aſſeclas attuliſſet in *Viterbien. hæreditatis 4.Martij 1641.coram R.P.D. meo Ghiſlerio*, cauſa iterum propoſita 28. Martij 1642. coram eodem omiſſo fundamento inualiditatis Statuti tanquam dubitabili ex alio teſtamentum abſque ſolemnitatibus Statuti conditum validum declarauit.

Hinc informantes pro Angela inſiſtebant magis nullitati donationis Hieronymæ ob defectum con-
7 ſenſus conſanguineorum † à Statuto Tiburtino requiſiti quem defectum negabant euitari poſſe ex eo quod tres conſanguinei ex proximioribus interuenerint celebrationi inſtrumenti & diſſenſerint, quia ſi diſ-
8 ſenſus fuit rationabbilis † eo minus deueniri poterat ad ſtipulationem contractus, *Hond. conſ. 32. num.77. & 96.lib.1.Bertaz.de clauſulis, clauſula 7.gloſſ.10.nu.3.*
9 Si irrationabilis † debuit exquiri conſenſus aliorum conſanguineorum in gradu remotiorum, *Bald. in l. vidua num. 4. Cod.de nupt. Alex.in l.ſi cum dotem §. eo autem tempore nu.14.ff.ſol.matr. Aym. conſ.190. ſub n.8. verſ.ſimili modo, Hond. conſ.32. nu.103. lib.1* cum aliis allegatis à *Pico ad Stat. Vrb. capit.151. gloſſ.19. num.11. & 12.*

Qui ſuppleri non poteſt per decretum Iudicis
10 † quando vt in caſu noſtro illud copulatiuè à Statuto requiritur, *Bald. in rub. Cod. contrah.empt. quaſt. 24. Salyc. in l. dudum ſub num.7. Cod.eod. Menoch. de arbitr.caſ.202.ſub num.9. Bertazz.d.gloſſ.10. ſub nu.2. verſ. limita tamen.* Prout nec per præſentiam Capitis Militiæ & Priorum quia Statutum illorum conſenſu contentatur deficientibus conſanguineis, & cum Caput Militiæ & Prioris nullam habeant juriſdictionem authorizandi contractus mulierum niſi quatenus à Statuto tribuitur, & tribuatur ſubſidiariè
11 † in caſum non exiſtentiæ Conſanguineorum ex latere Patris, & Matris propterea donec extant Conſanguinei conſenſus Capitis Militiæ & Prior nullius eſt momenti vt in puncto *Cæſar Manent. dec. 57. num.8.& ſeqq.per tot.* vbi quod eſt probanda deficientia omnium conſanguineorum & numero 12.ait non ſufficere quod aliqui ex illis conſentire recuſauerint, quia aliud eſt quod recuſent conſentire aliud quod non adſint, & Statutum dat authoritatem Priori in caſum non exiſtentiæ; quicquid dicendum eſ-
12 ſet ſi Statutum requireret † ſimpliciter conſenſum proximiorum & decretum Iudicis & Priores haberent de ſe juriſdictionem authorizandi huiuſmodi contractus quo caſu recuſantibus conſanguineis conſentire aliiſque non exiſtentibus Iudex potuiſſet eorum conſenſum ſupplere per interuentum Priorum loco alterius Iudicis, in quibus terminis procedit
13 *theorica Salyc.† in d.l.dudum,n.7. verſ.ego verò*, quem ſequuntur *Menoch. & Bertaz. loc. ſupra alleg.* quibus additur *Tiraq.de leg.connub.gloſſ.8.n.133. Boccac. ſuper Conſt.Egid.gloſſ.3.num.127.& ſeq.*

Cæterum Domini validam cenſuerunt donationem non obſtante contradictione trium conſanguineo-
14 rum,† quia Iudex potuit illam tanquam irrationabilem contemnere nec opus opus fuit vt deſuper interloqueretur ſed interponendo decretum ſuper contractu videtur ſimul interlocutus ſuper irrationabilitate dictæ contradictionis, *Caſtr.conſ.91. ſub n. 5. verſ. prætereà,lib.1.Aldobr.conſ.34.n.9. lib.1. Bertazz. d.clauſ.7. gloſ.10.ſub n.2.Pic.ad Stat.Vrbis d.gloſſ.19. n.15.*

Et cum fuerint citati ne dum illi qui contradixerunt, ſed etiam plures alii conſanguinei ex latere patris & matris ad dicendum cauſam præterquam Hieronyma donationem facere non poſſet, & ad interueniendum & præſtandum conſenſum alias videndum mandari procedi ad celebrationem inſtrumenti, cum interuentu Capitis Militiæ & Priorum
15 Ciuitatis ad formam Statutorum prout conſtat † ex relatione Nuncii ipſi inſtrumento inſerta, cui in hoc adhibetur fides, *Put.deciſ.187.lib.3.Rot.deciſ.218. n.18.*
16 *part. 7. recent.* nec aliquis comparuerit † ſatis videtur probata omnium conſanguineorum deficientia,
17 quorum exiſtentia, quia conſideratur à Statuto † ad certum effectum ſcilicet intereſſendi contractui paria ſunt quod non exiſtant, vel non compareant, & impediti ſint intereſſe ad tradita per *Surd. conſ. 236. numero 23.& deciſio.207.num.9. & 10.Vaſq. de ſucceſſ. creat.libro 2.§.2.numero 31.Grat. diſcept.522. numero 22.* & in terminis *Menoch.de arbitr. caſ.202. ſub num. 10. verſ. cum paria ſint.* Adeo quod impugnanti contra-
18 ctum ob non interuentum conſanguineorum † incumbat onus probandi ne dum quod exiſterent, ſed etiam quod non haberent impedimentum, vel ſaltem eorum habilitatem naturalem, ſcilicet ſanitatem in die celebrati contractus, *Caſtr. conſ. 124. in ſecundo dubio,lib.1.Corn.conſ.316.num.32. & ſeqq. lib.1. Acchill. deciſ.4. de præſumpt. Rot. deciſ.433.numero 4.verſ. neque releuat, coram bon.mem.Coccino,deciſ.134. num.8. apud Zach. de oblig. Camerali, deciſ. 30. numero 15. & ſeqq. apud Pic.ad Stat.deciſio.406. numero 6.& 19. dec. 459. numero 10.coram ſancta mem. Gregor. XV. & ibi add. numero 12.deciſ.713.num.3.par.2.recent. deciſ.10. numero 15. par.5.*

Nec obſtat quod non fuerit citatus Ioan. Baptiſta
19 Cocchanarius, vnus ex conſanguineis mulieris, † quia nuncius in relatione citationis aliorum conſanguineorum, dixit ſe omiſiſſe illum citare ob reuerentiam, eo quod tunc erat Prior Ciuitatis juxta ſolitum, quod ſolitum verum præſumitur propter autho-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

authoritatem decreti Iudicis ſuper ea relatione & contractu ipſo interpoſiti, *Bald.in l.ex his num.3. verſ. item oppono quod verbis, C.teſtamento milit. Ruin.conſil. 63.nu.3.lib.1.Pic.ad Stat.Vrb.gloſ.21.nu.32. Rot.dec.245. ſub nu.5.& nu.6.par.7.recent.* & ſemper probanda eſſet exaduerſo habilitas ſaltem naturalis Io.Baptiſtæ ad intereſſendum contractui ex ſupra allegatis, quibus

20 non obſtat *deciſio* 57.*Manentis*, † quia ibi non omnes conſanguinei citati fuerant, vel omnes & ſi nullo impedimento detinerentur juſtè recuſarunt interuenire, quia ſciebant contractum eſſe mulieri damnoſum vt legitur ſub *nu.15.circa fin.verſ.ideo debeat.*

Igitur fuit locus tertiæ parti Statuti mandanti deficientibus conſanguineis ex vtroque latere

21 † adhiberi conſenſum Capitis militiæ & Priorum, quæ forma ſeruata fuit quamvis ex tribus Prioribus duo tantum

22 interuenerint quia vbi pluribus datur poteſtas † à lege vel Statuto ſufficit major pars quicquid ſit quando poteſtas datur ab homine vt diſtinguit, *Grat. deciſ. March.93.nu.18.ex tex.in l.reſcriptum in princ.ff.pact. Bart.in l.3.nu.8.ff.eod.tit.& in l.3.nu.8.ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nomin.* nam in majori parte repræſentatur to-

23 tus ordo & officium † in iis quæ ratione officij & ordinis competunt pluribus vt vniuerſis non vt ſingulis, *l.3.ff.decret.ab ordine facien.l.quod maior ff.ad municip. l.planè ff.quod cuiuſque vniuer.nom. gloſ.in l.quicunque in fin.C.omni agr.deſer.lib.11. Grat.deciſ. March.183.nu.*

24 *1.& ſeqq.* dummodo tamen † omnes vocati fuerint, *Bart.in d.l.3.in fin.ff.quod cuiuſque vniuerſ. nom. ex tex. in l.2.C.decur.lib.10.Grat.deciſ. March.93.nu.19. Rot. Bononien.diuerſ.dec.87.n.17.*

Non obſtat verbum *vnitamente*, poſitum in Statu-

25 to, † quia non refertur ad Priores itaut omnes conſentire debeant vt in ſimili, *Barb.in cap.fin. §.ſanè nu. 12. de teſtam. in 6.* ſed ad decretum Iudicis, ibi *ſenza l'interuento e conſenſo, & authorità de' Signori Capomilitia e Priori, che per lo tempo ſaranno vnitamente con il decreto del ſopradetto Sig.Giudice*, vnde patet quod conjunctiua *vnitamente*, efficit vt requiratur conjunctim decretum Iudicis & conſenſus Priorum, & Capitis militiæ, nec ſolus Iudex ſine Prioribus nec ſoli Priores ſine Iudice poſſint actum complere juxta tex. *in l.fin. iuncta gloſ. Cod. impub. & aliis ſubſtitutionibus Pariſ.conſ.111.num.17.lib.1. Barb. dict.430.& 431.* Sed reſpectu Priorum ſatis eſt quod interueniat major

26 pars † ſecundum ſubjectam materiam vt in fortioribus terminis, *Corſet.ſingul.384. circa fin. verſ. quod ſecundum cum Grat.d.deciſ.183.nu.7.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## LAVRETANA PRÆDII.

*Lunæ 29. Februarij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Simulatio apocæ, in qua quis ſe debitorem fatetur ex quibus excludatur?

### SVMMARIVM.

1 *Simulationis ſuſpicio ceſſat præexiſtente vera cauſa debiti.*

2 *Excipiens de compenſatione ſe debitorem fatetur.*

3 *Compenſatio niſi opponatur debitoris obligationem non extinguit.*

4 *Compenſatio non retrotrahitur, ſed operatur à die oppoſitionis.*

5 *Simulatio apocæ vt excludatur ſufficit quod præexiſtentia crediti in ea contenti aliunde iuſtificetur, vel quod aliqua poſſibilitas concurrat.*

6 *Executio obligationis Cameralis non retardatur ex prætenſionibus exaduerſo oppoſitis incontinenti non iuſtificatis.*

7 *Coniectura pro ſimulatione adducta non attenduntur, quoties legitima cauſa obligationis præexiſtit.*

8 *Et reputantur irreleuantes non docto de cauſa probabili ſimulandi.*

9 *Confeſſio emiſſa à delinquente ante patratum delictum in odium fiſci, quo caſu ei non præiudicet?*

10 *Cauſa probabilis ſimulandi apocam obligationis non reſultat ex animo & intentione fraudandi creditores nam quoad creditores iam creatos nulla ex ea parari poteſt defenſio.*

11 *Et animus fraudandi creditores non pertinet ad ſimulationem contractus, quia nihilominus ſubſiſtit, licet creditoribus noceat.*

12 *Epiſtola ſcripta à tertio, non nocet nec præiudicat tertio.*

13 *De falſitate vt quis argui valeat requiritur concludens probatio, vel ſaltim vehementes præſumptiones corporis delicti concurrere debent, quamvis ciuiliter agatur.*

14 *Teſtes deponentes de ſimulatione non attenduntur in concurſu publicorum Inſtrumentorum, per quæ præexiſtentia vera obligationis probatur.*

15 *Simulatio ſufficit quod non ſit omnino clara, vt executio obligationis Cameralis retardetur.*

16 *Promiſſio alicuius ſummæ pro damnis non poteſt dici vſuraria, quia emendatio damni licita eſt.*

17 *Damnum paſſum ex quibus probatum remaneat?*

18 *Exceptio vſurariæ prauitatis ſufficit quod ſit turbida, vt non admittatur in Iudicio executiuo obligationis Cameralis.*

## DECISIO CLXVI.

VTraque deciſione hinc inde emanata reuocata ad trutinam, Domini ſecundam pro Thoma confirmarunt ex rationibus ibi ponderatis. Adhuc enim ſubſiſtit quod major pars crediti Thomæ, pro quo Felix frater ſe debitorem conſtituit in apoca, quam de ſimulatione redarguit juſtificatur ex præcedentibus inſtrumentis ſolutionum factarum à Thoma æris alieni ſpectantis ad Felicem, vnde cum præexiſte-

1 ret vera cauſa † debiti eliminatur omnis ſuſpicio ſimulationis vt præter allegatos in *d. deciſ. dixit Rot. dec.282.nu.35.par.7.recent.*

Neque veritas præexiſtentis crediti eliditur ex partitis pleno calamo adductis à Felice, quia inter hos fratres varia computa adfuerunt omnium autem habita fuit ratio in ſolidatione facta per apocam, in qua Felix ſummam de qua agitur promiſit, adeo quod ſemper eſt verum dicere, quod hæc promiſſio habet primordium veritatis probatum, vt ſupra ex publicis inſtrumentis quorum legalitas non impugnatur, nec extrinſeca exceptio compenſationis cum aliis partitis ad creditum Felicis excludit, quod Thomas ſoluendo debita Felicis illius creditor euaſerit, imò id magis

2 confirmat, quia excipiens † de compenſatione, ſe debitorem fatetur, *Bald.in l.cum Papinianus num.8.Cod. ſent.& interloc.* quem ſequitur *Aret.in l.decem colu. penult. num.5. in fin. verſ.& ad materiam ff.verb.oblig. Surd.dec.24.ſub nu.6.& 7.Rot.in Romana Pecuniar. ſen Mercium 5.Iunij 1613.coram bo.me.Sacrato.*

Et cum tempore præfatæ ſolidationis computorum vel fuerit habita ratio partitarum Felicis, vel ille de compenſatione non exceperit creditum Thomæ ca-



Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nonizatum in apoca dictæ ſolidationis, nedum fuit
3 verum, ſed exequibile quia compenſatio † niſi oppo-
natur debitoris obligationem non extinguit, *l. ſi conſtat*
*Cod. compenſ. Alex. conſ.* 196. *n.* 4. *lib.* 7. *Burſatt. conſ.* 408.
*nu.* 10. *Pereg. conſ.* 107. *n.* 3. *lib.* 2. *Surd. dec.* 191. *num.* 15. *Rot.*
*dec.* 627. *n.* 1. *par.* 1. *diuerſ.* quatenus vero excipitur ho-
die hoc non euacuat veritatem apocæ de tempore
quo fuit ſtipulata cum hujuſmodi exceptio non re-
4 trotrahatur *Surd. conſ.* 296. *nu.* 27. *& ſeqq. Coſt. de retro-*
*tract. caſ.* 4. *cap.* 9. *n.* 4. *verſ. quibus tamen, & nu.* 5. *& ſeqq.*
eo minus, quia partitæ Felicis requirunt liquidatio-
nem & Iudicium vt patet ex objectis contra illas exci-
tatis à Thoma cui interim ſufficit ad excludendam ſi-
mulationem apocæ probaſſe aliunde præexiſtentiam
5 crediti, † vel quod verè potuerit creditor declarari,
*Ciriac. controu.* 131. *nu.* 32. *Rot. coram ſa. m. Greg. XV. dec.*
195. *nu.* 10. *dec.* 459. *nu.* 8. Et eſto quod probarentur ali-
quæ prætenſiones inter Thomam & Felicem ſuper
datis & receptis, illæ tamen niſi fuerint juſtificatæ
6 incontinenti † non poſſunt retardare executionem
obligationis Cameralis contentæ in apoca juſtificatæ
vt ſupra ex publicis inſtrumentis, ſed poterit Felix poſt
quam juſtificauerit agere provt de jure, *l. fin. C. com-*
*pen. Pariſ. conſ.* 121. *n.* 22. *& ſeqq. lib.* 1. *Surd. dec.* 184. *n.* 6.
*Rot. dec.* 370. *n.* 8. *part. prima recent.*

Atque hinc non eſt curandum de conjecturis pro
7 ſimulatione deductis, quia non admittuntur † vbi
exiſtebat legitima cauſa obligationis, *Dec. conſ.* 648.
*num.* 5. *cum aliis allegat. in ſecunda deciſ.* §. *& per conſe-*
8 *quens*, & præterea ſunt irreleuantes, † quia non doce-
tur de cauſa probabili ſimulandi, *Bart. conſ.* 65. *num.* 4.
*lib.* 1. *Becc. conſ.* 52. *nu.* 1. *Add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ.*
157. *ſub nu.* 27. *Rot. dec.* 307. *nu.* 11. *par.* 1. *dec.* 344. *nu.* 3. *par.*
4. *recent.* Qualis non eſt allegata præmeditatio defen-
ſionis bonorum Felicis à moleſtiis Fiſci vel credito-
rum, quia tunc nullum patratum fuerat delictum,
quinimò nec poſtea & inueriſimile omninò eſt, quod
de patrando partes cogitarent ipſa die Veneris Sancti,
qua deuentum fuit ad apocam, ſeu crediderint ſolam
apocam poſſe ſuffragari aduerſus Fiſci moleſtias, cum
tanquam legis Doctores ſcire debuerint non ſuffice-
9 re ad hunc effectum † ſimplicem confeſſionem antea
emiſſam à delinquente abſque alia juſtificatione ad
tradita per *Cin. in l. ſi quis poſt hac ſub num.* 2. *& ibid.*
*Bald. ſub nu.* 1. *Angel. ſub num.* 3. *Cod. bon. proſcrip. Boſſ. in*
*praxi tit. de his quibus vt indig. num.* 19. *in fin. Peregr. de*
*Iur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 183.

Intentio autem fraudandi creditores non parit
10 † probabilem cauſam ſimulandi, quia aduerſus cre-
ditores jam creatos apocha nullam parare poterat de-
fenſionem, *Bart. in l.* 2. §. *creditum nu.* 5. *verſ. & iſta vera*
*ſunt ff. ſi cert. pet. Bald. in rub. Cod. reuoc. his qui in fraud.*
*cred. nu.* 4. *verſ. & ego dico Alex. conſ.* 142. *nu.* 6. *&* 7. *lib.*
5. *Buratt. dec.* 108. *num.* 4. *&* 5. nec aliter opinatos fuiſſe
contrahentes dicendum eſt, quia erant Iuris periti.
Quo verò ad creditores futuros incertum erat an, &
qui futuri eſſent & in omnem euentum animus frau-
11 dandi creditores non † pertinet ad ſimulationem con-
tractus, quia nihilominus ſubſiſtit licet creditoribus
non noceat, vt in puncto *Rot. dec.* 318. *nu.* 17. *&* 18. *par.*
5. *recent.*

Sed ex abundanti deficiunt etiam conjecturæ ſi-
mulationis vt latius in 2. *deciſ.* §. *deſcendendo & ſeqq.*
aduertendo vlterius quod actus ex quibus illæ eliciun-
tur emanarunt de tempore quo apoca erat deperdita
& nondum reperta inter ſcripturas hæreditarias Ma-
rini Marcolini, cui ab initio fuerat de conſenſu vtriuſ-
que partis tanquam communi conſanguineo conſi-
gnata, donec deſuper inſtrumentum publicum confi-
ceretur, quod confici non potuit quia Felix ſtatim
Romam petiit, & Marcolinus paulo poſt deceſſit, &
ignorabatur vbi apocham repoſuiſſet. Neque ex
epiſtolis Thomæ reſultat quod aliquando voluerit ab
apocha, vel ejus credito recedere, imò contrarium
12 demonſtrauit in verbis, aliæ autem ſcriptæ ad † Feli-
cem à Iacobo Braſſuechia & Auguſtino de Angelis
haud nocent Thomæ juxta theoricam *Felin. in cap.* 2.
*nu.* 16. *de fid. inſt.* quem ſequitur *Bellon. deciſ. Ianuen.* 14.
*nu.* 133. *Rot. deciſ.* 18. *ſub nu.* 3. *de prob. in antiq.* & aſſerta
raſura, ac falſificatio aliquorum verborum vnius Epi-
ſtolæ Thomæ, & ſi verificaretur non magis tribui
poteſt Thomæ, quam Felici, penes quem perpetuo ta-
lis epiſtola manſit, cum tamen ad arguendum Tho-
13 mam de falſitate requiratur † neceſſaria & conclu-
dens probatio, aut ſaltem vehementes præſumptio-
nes, nedum corporis delicti, ſed etiam quod ab illo
fuerit commiſſum, quamvis ciuiliter agatur, *l. ſciant*
*cuncti. C. prob. Boſſ. in prax. tit. de comiſſ.* *n.* 13. *Rot. dec.* 9.
*ſub nu. poſt conſ. Farin. lib.* 2.

14 Non obſtant duo teſtes † deponentes Thomam faſ-
ſum fuiſſe, quod apoca erat ſimulata, quia præualent
inſtrumenta, per quæ præexiſtentia veræ cauſæ obli-
gationis probatur & teſtes patiuntur exceptiones in
alia deciſione diſcurſas, quæ non euacuantur per fi-
des extrajudiciales ac documenta non authentica pro
Felice producta, & ſatiseſt ſimulationem non eſſe
15 claram † vt executio obligationis Cameralis non re-
tardetur ex *alleg. in d. dec.* §. *fin.*

Rurſus non obſtat, quod reſpectu ſummæ ſcutorum
175. in apoca promiſſæ pro dãnis quæ Thomas paſſus
16 fuerat promiſſio ſit vſuraria, † quia emendatio d. damni
licita fuit, *Azor. Inſt. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. *verſ. tertio*
*quæritur Rebell. de oblig. iuſt. lib.* 8. *qu.* 5. *num.* 4. *Molin. de*
*iuſt. & iur. tract.* 2. *diſput.* 314. *nu.* 4. *&* 5. & quod Thomas
damnũ paſſus fuerit non cõſtat ex ſola cõfeſſione par-
tium emiſſa in apoca, ſed magis ex publicis inſtru-
mentis continentibus venditiones bonorum Thomæ
17 vt ſolueret æs alienum Felicis provt ſoluit, quæ † ple-
nè damnum probant *Ruin. conſ.* 104. *ſub numer.* 6. *lib.* 1.
*Barboſ. in l.* 2. *par.* 1. *in princ. num.* 48. *ff. ſol. matrim. Cinc.*
*de cenſib. par.* 1. *cap.* 2. *qu.* 1. *art.* 6. *num.* 45. *& par.* 2. *cap.* 2.
*qu.* 3. *art.* 2. *n.* 6. *Seraphin. dec.* 935. *nu.* 4. & ſufficit exce-
18 ptionem vſurariæ prauitatis † eſſe turbidam vt reiicia-
tur à judicio executiuo obligationis Cameralis, vt
notant Doctores in *cap. debitores de iureiur. & dixit*
*Rot. deciſ.* 126. *num.* 3. *&* 13. *inter impreſſ. apud Zacch. poſt*
*tract. de oblig. Camer.*

Et ex his & aliis in ſecunda deciſione deductis in ea
ſtandum eſſe reſponſum fuit vtraq; parte informante.

## CÆSARAVGVSTANA DE CASPE.

*Veneris 4. Martij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Beneficiati mediante exercitio aliquorum actuum
per eos in Eccleſia & Capitulo geſtorum, quale Ius
habere dicantur plene in hac deciſione declaretur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudex ſiue Arbiter, vbi plura Capitula ſunt ſepara-*
*ta, & plures ferri poſſunt ſententiæ pronunciando*
*ſuper vno, non videtur in aliis abſoluere, vel con-*
*demnare, & nu.* 2.
3 *Beneficiati reputantur tanquam ſerui Eccleſiæ.*
4 *Penes Beneficiatos potiùs neceſſitas obſequendi, quam*
*imperandi*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

*imperandi in Eccleſia manet authoritas.*

5 *Iuriſdictio alicui tributa per enumerationem certorum caſuum vltra illos non extenditur in praiudicium habentis vniuerſalem.*

6 *Laudum cum ſit ſtricti Iuris, caſus ibi diſpoſitos non egreditur.*

7 *Ius mulctandi eſt Iuriſdictionale.*

8 *Cenſoris officium eſt mere miniſteriale, verſaturque circa nudum factum adnotationis defectuum ſingularum perſonarum in ſeruitio Chori ſeiunctum ab omni facultate mulctandi.*

9 *Cenſor licet poſſit diſtributiones pro rata defectuum commiſſorum denegare delinquentibus, hac tamen facultas eſt potius ſimplex ſubtractio, quam praeminentia ſeu poteſtas mulctandi.*

10 *Cognitio ac terminatio controuerſiarum ex punctaturis demandata vni vel pluribus ex Beneficiatis, non importat niſi merum arbitrium extraiudiciale citra aliquam iuriſdictionem.*

11 *Socij plures rem communem habentes ſolent controuerſias inter ipſos ortas de bono, & aquo communiter terminare.*

12 *Iuriſdictio differt ab adminiſtratione.*

13 *Capitulum de iure communi componitur ex ſolo Priore, & fratribus abſque Beneficiatis.*

14 *Beneficiati quamvis admittantur ad Capitulum, ibique vocem habeant, non tamen dicuntur de Capitulo.*

15 *Capitulum ius conuocandi non ſpectat ad Beneficiatos, ſed ad Priorem, ſeu alium qui maior ſit in dignitate, vel ſi ibi dignitas non eſt, maior in ordine, vel tempore Prior.*

16 *Ius monendi & conuocandi Capitulum non includitur ſub actu executiuo cum onere monendi, & conuocandi.*

17 *Ius monendi, ſeu conuocandi Capitulum demandari non debet miniſtro inferiori, ſed potius antiquiori in ordine, dignitate, vel tempore cum ſit actus iuriſdictionis, & praheminentia.*

18 *Capituli corpus ſtare ſine capite monſtruoſum eſt, prout admittendum non eſt, quod duo ſint capita eiuſdem capituli.*

19 *Res iudicata non cenſetur per laudum poſtea ſubſecutum alterata niſi in eo tantum capite de quo laudum ſpecialiter loquitur.*

20 *Capituli conuocatio tribuenda eſt Priori mandanti, non Procuratori exequendi.*

21 *Confirmatio ſemper reſtringitur ad terminos confirmati.*

22 *Compromiſſum non attenditur, ſed tenor laudi.*

23 *Reiiudicata non cenſetur per compromiſſum derogatum in his, ſuper quibus non fuit laudatum.*

24 *Laudum non ſe extendit vltra expreſſa, & per conſequens qui in eo ſe fundat probare debet caſus controuerſos in eo eſſe comprehenſos.*

25 *Abſolutio dari poteſt excommunicato ex pluribus cauſis ſuper vna, licet remaneat excommunicatus ex alia.*

26 *Declaratoria Rotalis comprehendit nedum expreſſa, ſed etiam conſecutiua.*

27 *Clauſula* patito judicato *ante totalem paritionem nullam Iudici iuriſdictionem tribuit.*

## DECISIO CLXVII.

DEciſioni æditæ coram me ſub die 11. Maij 1643. non acquieſcentibus Beneficiatis Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi de Caſpe, iterum propoſui cauſam ſuper eiſdem, & reſolutum fuit ſtandum eſſe in eadem deciſione, cum illius fundamenta adhuc inconcuſſa ſubſiſtant, ſiuè attendatur tenor laudi, ſiuè confirmationis Apoſtolicæ, ſiuè cõpromiſſi, quippè in neutro cõprehenditur articulus Iuriſdictionis, & juris cõuocandi Capitulum re judicata Rotali definitus.

Continet enim res judicata quatuor capitula ſeparata. Primum juriſdictionis competentis Priori majori. Secundum præeminentiæ. Tertium emolumentorum omnium Eccleſiæ ejuſque Cœmeterij aliquibus exceptis. Quartum juris faciendi Capitulum.
Laudum verò nec loquitur de primo, nec de poſtremo, quæ proinde à laudo intacta remanſerunt, quia
1 vbi plura ſunt capitula ſeparata cum † videantur totidem petitiones & plures ferri poſſint ſententiæ, Iudex
ſeu Arbiter pronunciando ſuper vno non videtur in
aliis abſoluere vel condemnare, *Felin. in cap. cum inter nu. 6. verſ. fallit. primo de ſent. & re iudic. poſt Abb. ibid. nu. 23. Io. Andr. nu. 11. verſ. ſi autem plura capitula & num. 13. Butr. num. 26. circa med. verſic. poteſt tamen Anchar. in regul. ea, quæ colu. 8. ſub nu. 6. verſ. ſed ego de regul. iur. in 6. Rot. deciſ. 336. ſub num. 4. verſ. & propterea coram bon. mem. Coccino.* Maximè quia Arbitri
omiſſo primo articulo incæperunt à ſecundo quod in-
2 dicat † noluiſſe de primo cognoſcere, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſi ſtipulante verſ. item ſi ego ff. verb. oblig. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 10. nu. 16.*

Agnouerunt ſiquidem jus conuocandi capitulum, & juriſdictionem de qua loquitur primum caput rei Iudicatè non debuiſſe communicari Beneficiatis, qui
reputantur tanquam ſerui Eccleſiæ, vt notat *gloſſ. in*
3 *cap. penult. verbo aſſiſios de Cler. non reſid.* ſed ſpectare
ad Priorem tanquam caput capituli, & ad ipſum capitulum cui tanquam corpori myſtico Pontifices
contulerunt juriſdictionem priuatiuè ad Beneficiatos,
4 penes quos † obſequendi potius neceſſitas, quam
imperandi manet authoritas, vt dixit *Rot. dec. 76. n. 2. & ſeqq. part. 7. recent.*

Poſito autem quod primum articulum juriſdictionis vniuerſaliter per rem judicatam conceſſæ Priori laudum omiſerit, nil facit quod idem laudum poſt quàm terminauit ſecundum articulum præeminentiæ communicauerit deindè Beneficiatis aliquorum actorum reſpicientium celebrationem Diuinorum ſeu communium emolumentorum adminiſtrationem exercitium; nam eſto quod illi actus pertinerent ad juriſdictionem non ideo communicata cenſeretur vniuerſalis juriſdictio in aliis caſibus competens
Priori majori ex re judicata, quia juriſdictio alicui
5 tributa † per enumerationem certorum caſuum, vltra
illos non extenditur in præjudicium habentis vniuerſalem, *Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 19 ſub nu. 53. verſ. non podiendo in fin. præter Abb. fil. Soccin. & Bald. allega. in prima deciſ. §. 3. mandat.* Eo minus in caſu noſtro
6 quo eſſet tributa per laudum quod † cum ſit ſtricti
juris, caſus ibi diſpoſitos non egreditur, *Ruin. conſ.* 116. *numer. 6. lib. 4. Rolan. 79. numer. 13. lib. 3. Surd. conſil.* 313. *num.* 14.

Sed verius actus vt ſupra communicati non pertinent ad Iuriſdictionem, vt latius in prima deciſione; nec ex eo quod cenſor ſeu punctator eligi alternatim debeat ex ordine Regularium vel Beneficiatorum dici poteſt tranſlatum in Beneficiatum, qui cenſor erit
7 jus mulctandi † quod eſt juriſdictionale, *l. 2. §. fin. ff. Iudic. Rimin. conſ. 270. nu. 17. Farinac. in praxi lib. 1. qu.* 18. *nu.* 96. quia mulcta non inſeruientibus impoſita eſt
8 ab ipſo officium vero Cenſoris † eſt mere miniſteriale, verſaturque circà nudum factum adnotationis defectuum ſingularum perſonarum in ſeruitio chori, ſejunctum ab omni facultate mulctandi vt habetur in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

actis Eccleſiæ *Mediolan.par.1.tit.de his quæ ad Diuin.*
*offic.pert.in fin.fol.42.& tit.de diſtrib.fol.71.col.1.in prin.*
quæ facultas nullibi legitur data Cenſori, ſeu Procu-
ratori Regularium, vel Beneficiatorum, licet poſſint
diſtributiones pro rata defectuum commiſſorum de-
9 negare delinquentibus, † quia hæc eſt potiùs ſimplex
ſubtractio, quàm præeminentia, ſeu poteſtas mul-
ctandi vt benè in terminis, *Barb. de Iur. Eccleſ. lib.1.*
*cap.21.n.29.in fin.*

Et quatenus controuerſiarum, quæ ex punctis ori-
10 rentur cum cenſore cognitio, ac terminatio † deman-
datur quatuor antiquioribus fratribus & Beneficiatis
exinde non reſultat niſi merum arbitrium extrajudi-
ciale citra Iuriſdictionem *Socc.de citationib. art.4. ſub*
*n.5.Bald.& alij allegati in prima deciſ. §. tertio mandat.*
Æquum enim erat vt dictæ controuerſiæ, quæ reſpi-
11 ciebant † commune intereſſe Fratrum & Beneficiato-
rum, communiter pariter ex bono & ęquo termina-
rentur, provt fieri ſolet inter plures habentes rem
communem, licet ſint perſonæ priuatæ Iuriſdictione
penitus carentes, vt per *Felic.de ſociet.cap.17. num.27.*
*& 29. ex Alexand. conſil.47.numer.4. lib.1. & aliis ibi*
*allegat.*

Communicatio tandem adminiſtrationis Anniuer-
ſariorum aliarumque rerum quarum commune eſt lu-
crum non tribuit Iuriſdictionem, quia Iuridictio dif-
12 fert † ab adminiſtratione, & per conſequens differt
etiam ab electione officialium qui res communes ad-
miniſtrant vt ex *Bertran.Cancer.& aliis aduertit prima*
*dec.§.poſt hæc.*

Quo verò ad vltimum caput juris faciendi capi-
tulum ſatis ex ipſo laudo apparet non fuiſſe receſſum
à re judicata, quia Arbiter in his, quæ concernunt ad-
miniſtrationem & gubernium Eccleſiæ voluerunt ca-
13 pitulum conſtare ex ſolo Priore & fratribus, qui abſq;
Beneficiatis etiam juxta diſpoſitionem rei judicatæ &
juris communis faciunt capitulum, vt præter allega-
tos in *prima deciſ. §.ſequitur probat tex.in cap.nouit.de*
*his quæ fiunt à Prela. Pauin. cap. Sede vacan. prælud. 5.*
*num. 2. & 4. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 37.*
*verſic. quarto quæritur & libr. 6. cap. 14. verſic. ſexto*
*quæritur.*

Dumque inferius in his quæ reſpiciunt intereſſe
commune cum Beneficiatis laudum vult Beneficiatos
quoque conuenire debere & votare non ideo eos fe-
14 cit de capitulo, quia Beneficiati † & ſi admittantur ad
capitulum & ibi vocem habeant non dicuntur de ca-
pitulo *Gemin.in cap.fin.n.5.verſ.in dubio de præben.in 6.*
*Lotther.de re benefic.lib.1.cap.15.n.23. Rot.dec.459. n.8.*
15 *part.5.recent.* Eoque minus habent jus † conuocandi
capitulum quod nuſquam in laudo legitur ad ipſos
tranſlatum, & vigore rei judicatæ, ac juris communis
ſpectat ſolum ad Priorem, ſeu alium qui major ſit in
dignitate, vel ſi ibi dignitas non eſt, major in ordine
vel tempore prior cui cæteri parere coguntur, *Azor.*
*Inſt.moral.par.2.lib.3.cap.37.verſ.tertio quæritur.*

Et gratis aſſeritur, quod in hac Eccleſia adſint duo
capitula alterum fratrum, alterum fratrum & Benefi-
ciatorum, quia laudum hoc non dicit, ſed habita di-
ſtinctione negociorum ſi ea reſpiciunt intereſſe ad
votandum in capitulo, ſeruata ſemper ejus vnitate ſub
eodem capite, quod eſt Prior. Provt nec facit, quod
vigore laudi Procurator anniuerſariorum, qui alternis
vicibus eſt Beneficiatus in diebus quibus capitulum
congregatur monere debeat ſingulos ne diſcedant ab
Eccleſia, ſed capitulum expectent, quia in hac parte
laudum demandauit Procuratori actum mere execu-
16 torialem monitionis † ſub quo non includitur jus
monendi, *Io.Andr.in cap.reſcriptum nu.10.de reſcript.*
*in 6.Felin.in cap.gratum n.5.de offic. deleg. Soccin.de ci-*
*tat.art.4. nu.1.* & ſanè ſi Arbitri intellexiſſent de jure
monendi ſeu conuocandi capitulum, illud non con-
17 tuliſſent Procuratori capituli † qui eſt Miniſter infe-
rior, ſed potius antiquiori in ordine dignitate, vel
tempore cum ſit actus Iuriſdictionis, & præeminen-
tiæ *Barb.in Collect.Bullar.verb. Archidiaconus fol.45.in*
*fin.Garz.de Benef.par.3.cap.4.nu.26.*

Non obſtat, quod Beneficiati vna cum fratribus
eligant Procuratorem, Notarium capituli, ac reti-
neant penes ſe vnam ex duabus clauibus Archiuij ca-
pituli, quia hæc omnia manant ab eodem principio
proprij intereſſe in emolumentis communibus, pro-
pter quod admittitur ad votandum in capitulo in eo
dumtaxat caſu, quo de rebus communibus agitur, nec
tamen exinde ſequitur quod ſint de Capitulo, vt ſupra
dicebatur eoque minus quod conuocare poſſint Ca-
pitulum, aut illud celebrare ſejunctim à Priore majo-
re, quia monſtruoſum eſſet, quod corpus Capituli
18 ſtaret † ſine ſuo capite, aut quod duo eſſent capita
ejuſdem Capituli quod admittendum non eſt, vt ex
*Lotter.de re benef.lib.1.cap.15.n.11.& ſeqq.ponderat pri-*
*ma dec.§.ſequitur in fin.*

Cum itaque laudum nihil diſponat de jure conuo-
candi, ſeu faciendi Capitulum vel de cujus mandato
conuocari debeat, hoc tanquam non deciſum à laudo
19 manet in diſpoſitione rei judicatæ, quæ † non cenſe-
tur alterata, niſi in eo quod laudum ſpecialiter diſpo-
nit, *Caſtren.in l. ſi cauſa cognita nu.3.ad fin.C.tranſact.*
*Dec.conſ.39.ſub nu.3.cum aliis allegat.in prima deciſ.§.*
20 *ſecundo præfinitur*, & conuocatio Capituli † tribuen-
da eſt mandato Prioris non autem monitioni Procu-
ratoris, qui vti Procurator agit nomine alieno, *Alex.*
*conſ.65.nu.13.lib.4.Rot.dec.392.n.6.par.5.recent.* & cum
ſit merus executor non ipſi ſed mandanti actus tribui-
tur, *l.item eorum §.ſi decurionis, & ibi gloſſ. verb. nego-*
*cium ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom. l. apertiſſimè, & ibi*
*gloſſ.verbo delegati, C.de Iudic.Surd.conſ.29.n.3. Rouit.*
*conſ.82.n.20.lib.1.*

Sicuti autem præfata duo capita Iuriſdictionis, &
Iuris faciendi Capitulum non continentur in laudo,
ita nec in confirmatione Apoſtolica deſuper emanata,
21 quæ ſemper reſtringitur † ad terminos confirmati,
*cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel inutil. Ruin. conſil.158.*
*num.16.lib.1. Alexan.conſ.122.num.21.lib.4. Bero.quæſt.*
*50.num.2.*

Nec refert an comprehendatur in compromiſſo,
quia non attenditur compromiſſum ſed laudi tenor,
22 *Roman.conſ.108.ſub nu.1.* & ſatis eſt quod deſuper lau-
23 datum non fuerit vt quoad ea † non dicatur renuncia-
tum rei judicatæ per compromiſſum, *Felin.in cap.cum*
*olim nu.6.de præſcr.Alex.conſ.22.num.2. verſ.tamen illa*
*lib.1. Cancer.variar.reſol.lib.1.cap.18.nu.44. verſ.ſic ſi,*
*vt lib.3. cap.17. ſub num.314.* & reſcriptum Signaturæ
de cujus executione agitur excipit ſolum contenta in
laudo, non autem in compromiſſo, vel confirmatio-
ne. Præter quod in ipſo compromiſſo licet enuncia-
tiuè narretur etiam controuerſia Iuriſdictionis, ea ta-
men enunciatiua refertur ad tempus ante rem judica-
tam & cauſa proxima compromiſſi fuerunt contro-
uerſiæ ſuper Anniuerſariis, vt latè percurrit *prima dec.*
*§.antepenult.*

Quare cum Signatura reſcripſerit cum clauſula pa-
rito quoad ea quæ in laudo non continentur, & Be-
neficiati fuerint excommunicati ob conceptum Iu-
riſdictionis, & ex quo fecerunt Capitulum contradi-
24 cente Priore majori; quæ duo † contineri in laudo
probatum exaduerſo non fuit, vt debuit *Aym.conſ.74.*
*nu.10.Seraph.dec.835.nu.5. Buratt.deciſ.321.num.8.* non
poſſunt

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

poſſunt Beneficiati abſolui niſi doceant de totali pa-
ritione. Nec obſtat, quod excommunicatio lata fue-
rit etiam pro aliis in laudo contentis, ſuper quibus
ſaltim petitur abſoluto quæ † excommunicato ex
25 pluribus cauſis poteſt dari ſuper vna licet remaneat
excommunicatus ex alia *cap. cum per cauſa & ibi Abb.
num. . & 6. de ſentent. excomm. Barboſ. ibidem nu. 4. & 5.
verſ. ad tertium quæſt. & verſ. ad primum, & ſeq. Sayr.
de cenſur. lib. 2. cap. 21. num. 16. Bonacc. de cenſ. in comm.
diſput. 1. qu. 3 pu ct. 6. nu. 1. Laym. oper. mor. tract. 5. par.
2. cap. 6. nu. 10 Caſtropal. oper. moral. tom. 5. tit. de cenſur.
diſput. 1. punct. 11. §. 3. nu. 1. aliique allegati à Moder. Nea-
pol. de offic. & poteſt confeſſ. recollect. 1. ſub numer. 522.
Seraph. deciſ. 244. nu. 3. coram Rot. in Valentina Emo-
lument. 30. Maij 1597. bon. mem. Cardin. Hieronymo
Pamphilio.*

Quia declaratoria Rotalis fundatur ſolum in dictis
duobus capitibus, ſub quibus alia, puta electio Offi-
cialium & reſtitutio quæſtuatorum & emolumento-
26 tum veniunt tanquam conſecutiua † ad celebratio-
nem Capituli contradicente Priore celebrati *ad trad.
per Garz. de beneſ. par. 6. cap. 3. num. 112. & ſeqq. Buratt.
dec. 356. nu. 4. Rot. in Seguntina beneficij, ſeu Attentato-
rum 4. Decembris 1637. coram Reuerendiſſ. D. meo Deca-
no*, & ſtante reſcripto Signaturæ, quod non detur ab-
ſolutio, *niſi parito Iudicato, præterquam quoad contenta
in laudo*, Rota donec non contentis in laudo paritum
27 fuerit † caret in omnibus iuriſdictione abſoluendi,
quia hæc eſt virtus clauſulæ parito *Gonzal. ſup. regul.
in ad not. contra nullit. n. 249. & 251. Caputaq. dec. 150. nu.
5. par. 1. Put. dec. 429. lib. 1. Rot. dec. 93. nu. 3. par. 4. diuerſ.
& in his terminis dec. 173. nu. 1. & 2. par. 6. recen.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

## ROMANA HÆREDITATIS DE FABIIS.

*Veneris 11. Martij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Legatum filiæ à matre relictum, in legitimam non imputari ex quibus potiſſimè deducatur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Legatum filio à patre, vel matre relictum in dubio cenſetur animo compenſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium.*

2 *In legitimam imputatur quicquid filius capit ex ſubſtantia paterna per vltimam voluntatem.*

3 *Declara concluſionem procedere, quando filius legitimam capit ex ſola diſpoſitione legis, ſecus vero ex diſpoſitione Teſtatoris, videlicet ſi Pater, vel mater legitimam legauit, tunc cenſetur voluiſſe vtrumque præſtari.*

4 *Legitima cenſetur filio nominatim in teſtamento patris vel matris relicta ex illis verbis*, quel tanto che de jure li preuiene, &c.

5 *Legitima integrè de iure debetur.*

6 *Legitima ſi fuit nominatim in Teſtamento relicta, tunc filio debetur nedum ex diſpoſitione Iuris, ſed etiam Teſtatoris, & ad eam conſequendam agere poteſt actione perſonali ex teſtamento, necnon etiam hypothecaria, & nu. 7.*

8 *Actio Hypotecaria non competit filio per legitima niſi ſit nominatim in teſtamento relicta.*

9 *Legitima ſi fuit in teſtamento relicta cum proteſtatione*, non intendendo per queſto conferirli, &c. mà ſolamente quel tanto che de jure le preuiene &c. *talis proteſtatio qualificat relictum legitimæ in teſtamento, non tamen referri poteſt ad legatum longè poſt in codicillis relictum, & ſic in ſeparata oratione, & nu. 14.*

10 *Non attento quod in codicillis omnia in teſtamento contenta confirmata fuerunt, ſi confirmatio legitur poſt legatum pure relictum, tunc enim codicilli continere dicuntur duas partes inter ſe omnino diſtinctas & ſeparatas.*

11 *Et diſpoſitionum diuerſitas deſumitur ex dictione* Item *contenta in legato necnon ex dictione* vero, *appoſita in confirmatione,* Item *ex diſcretiuo modo diſponendi tam in teſtamento, quam in codicillis, & nu. 12. & 13.*

15 *Legatum & legitima debentur, ſi vtrumque in ſeparata oratione, ac diſpoſitione fuit relictum, & ſupra num. 14.*

16 *In eodem teſtamento duo ſi adſunt legata diuerſarum rerum, & quantitatum, vtrumque debetur, quia præſumitur Teſtatorem voluiſſe dupplicare, niſi adſint verba expreſſa in contrarium, vel vltimum ſit factum ſub commemoratione primi.*

## DECISIO CLXVIII.

VLtimæ deciſionis æditæ 19. Iunij proximè præ-
teriti coram me prima parte omiſſa, quam ho-
die informantes non impugnabant alterius partis
fundamenta ad excluſionem imputationis legati in
legitimam approbarunt Domini cauſa ſuper eiſdem
propoſita admittentes quidem duas concluſiones
exaduerſo adductas. Alteram quod in dubio legatum
1 † filio cenſetur à patre vel matre relictum animo com-
penſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium.
*Surd. conſ. 112. nu. 1. & ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 10. tit.
2. num. 5. Menoch. præſum. 109. n. 16. & ſeqq. lib. 4. Caſtill.
de vſufr. cap. 46. nu. 5.* Alteram quod in legitimam im-
2 putantur † quæcumque capit filius ex ſubſtantia pa-
terna per vltimam voluntatem, *l. ſcimus, l. omnimodo
C. in offic. teſt. Gabr. conſ. 108. n. 7. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ.
388. n. 19. & ſeqq.*

3 Sed illas declarantes procedere † quando filius le-
gitimam capit ex ſola diſpoſitione legis, ſecus verò
cum ex diſpoſitione teſtatoris, quia nempè pater ſeu
mater, etiam legitimam legauerit; tunc enim cen ſe-
tur voluiſſe vtrumque præſtari, vt præter *Ant. Caſſa-
rell. inter conſ. Corn. conſ. 200. Gabr. & alios allegat. in
vltima dec. §. ad matrem, fuiſſe deciſum in Conſilio Nea-
politano refert Molfeſ. ad conſuet. Neapol. par. 6. qu. 11.
nu. 38. & 39. in addit. & probat ad litteram tex. in l. Ti-
tia 85. ff. ad leg. falc.* vbi diſtinguitur an Teſtator lega-
uerit nominatim quartam nec ne, & primo caſu dene-
gatur imputatio legati in quartam, admittitur in ſe-
cundo quem textum ſingularem appellat ibidem *Bart.
in princ. qui dicit eſſe mirabilem, Alex. nu. 1. Alberic. nu.
2. Angel. in princ. & ingenioſè, vt ſolet explicat. Anton.
Faber. de coniect. lib. 6. cap. 4. numer 6. & ſeqq. & ſigna-
nier nu. 10.* duas adducit rationes, quibus Iulianus Iu-
riſconſultus motus fuit alioſque ad rem allegat *Mo-
dern. Hiſpanus variar. reſol. lib. 2. cap. 10. n. 10.*

Quod autem mater legitimam quoque nominatim
4 † reliquerit habetur ex verbis teſtamenti, ibi, *quel
tanto che de iure gli peruiene*, quæ verba important
relictum legitimæ, *Pacian. conſ. 4. nu. 59. cum aliis alleg.
in vltima deciſione §. qui eſt caſus noſter*, & quidem in-
tegrè *Seſſ. in fortioribus terminis deciſ. Aragonia 270. nu.
1. in fin. & num. 2. Dec. conſ. 235. ſub num. 26. infr. med. verſ.
non obſtat alia, Gabr. conſ. 109. numer. 14. lib. 1.* quia illa

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

5 integrè de jure debetur §.1. *Auth. de trien. & ſemiſſ.§.*
*aliud quoque Capitulum Auth. vt cum de appell. cognoſ.*
*cap. Rainutius de teſtam.* ita vt filia legitimam conſe-
6 quatur † ne dum ex diſpoſitione juris, ſed etiam Te-
ſtatricis & agere poſſit ad legitimam actione perſona-
li ex teſtamento, *Bald. in l. ſi quis in ſuo verſ. quæro ergo*
*Cod. inoff. teſt. Aym. conſ. 312. ſub num.* 4. nec hypotheca-
7 ria † *Dec. conſ. 255. n. 6. Rolan. conſ. 78. n. 18. lib. 1. Menoc.*
8 *conſ. 77. nu. 17. & ſeqq.* quam alioquin non † habuiſſet
*Neguſ. de pign. 2. par. 4. memb. n. 164. verſ. vigeſimusquar-*
*tus caſus, Seſſ. dec. Aragon. 26. nu. 17. & deciſ. 270. num. 1.*
*Rot. in Montisfaliſci ſupplementi legitimæ 4. Decemb.*
*1634. & 20. Aprilis 1635. coram bon. me. Coccino, & in ea-*
*dem 18. Iunij 1642. coram bo. me. Merlino*, meque in ejus
præmortui locum ſubrogato.

Nec obſtat, quod mater reliquerit legitimam cum
proteſtatione, ibi, *non intendo per queſto conferirgli,*
*dargli, ne accreſcergli di nuouo alcuna raggione, &c.*
*ma ſolamente, e meramente quel tanto che de jure gli*
*peruiene, e non ſi puol far di meno*; quia hæc prote-
9 ſtatio emiſſa in teſtamento qualificat † quidem ac re-
ſtringit relictum legitimæ in eodem teſtamento con-
tentum, operaturque, vt filia ex eo conſequi non
poſſit niſi legitimam quæ illi de jure debetur, ſed re-
ferri non poteſt ad legatum ſcutorum 2000. longè
poſt in codicillis relictum, vt ex *Borcolter. conſil. 14.*
*col. 3. circa medium lib. 2. & aliis aduertit vltima deciſ.*
*§. nec obſtat.*

Et licet in codicillis Teſtatrix confirmauerit omnia
10 contenta in teſtamento conſiderarunt † Domini
quod codicilli habent duas partes; in prima filiæ le-
gantur purè ac liberè, & cum clauſula *omni meliori*
*modo* ſcuta 2000. In ſecunda confirmantur omnia
contenta in teſtamento, ibi, *Cætera autem in ſupra-*
*dicto teſtamento contenta in omnibus, & per omnia ple-*
*niſſimè confirmauit.* Has verò partes eſſe inter ſe omni-
11 no diſtinctas & ſeparatas † patet ponderando, tum di-
ctionem *item*, appoſitam in legato ſcutorum 2000.
quæ importat diuerſitatem legatorum, & diſpoſitio-
num, *Dec. conſ. 423. ſub num. 15. verſ. & iſta ex textu*
*cum gloſſ. 15. in §. item ea quæ Inſt. de rer. diuiſ. l. labeo*
*ff. de iniur. Decian. conſil. 34. numer. 113. lib. 3.* Tum di-
12 ctionem *vero* appoſitam † in confirmatione quæ ibi-
dem contenta in facto & jure diuerſificat à legato
præcedenti, *Monoch. conſ. 201. nu. 34. Surd. conſ. 335. nu.*
*1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 650. num. 28. cum aliis allegatis in*
*deciſione §. quamvis.* Tum tertio diſcretiuum modum
13 diſponendi, † nam in teſtamento mater reliquerat tam
filiæ fœminæ quam maſculo id quod illis de jure de-
betur. In codicillis autem nulla facta mētione maſcu-
li legauit ſcuta bis mille filiæ ſolutum, quam pro-
pterea voluit plus habere quam maſculum.

Igitur cum duæ ſint partes ac diſpoſitiones, nempè
legatum ſcutorum bis mille clarum & apertum, &
abſque vlla conditione ſeu proteſtatione, & relictum
legitimæ repetitum in codicillis mediante confirma-
tione teſtamenti quod eſt conditionatum, & reſtri-
ctum ad id quod de jure debetur ſupradicta proteſta-
tio, & conditio adjecta relicto legitimæ referri non
14 debet † ad legatum contentum in ſeparata oratione
ac diſpoſitione, *Cephal. in fortioribus terminis conſ. 253.*
*numer. 26. & 27. Bart. in l. mulier numer. 5. & in l. Iulius*
*Paulus in princ. ff. condit. & demonſt. Alb. Mant. Peregr.*
*& alij allegati in vltima deciſione §. vnde* & vtrumque
15 † debetur *iuxta text. in l. Titia ff. ad leg. falcid.* alioſq;
ſupra allegatos & facit theorica, *Bart. in l. cum Cen-*
*tum numer. 1. in fin. ff. adim. legat.* vbi quod ſi in eodem
16 teſtamento adſunt duo legata † diuerſarum rerum,
& quantitatem vtrumque debetur, & præſumitur
quod teſtator voluerit duplicare niſi verba ſint
expreſſa, vel vltimum ſit factum ſub commemora-
tione primi.

Ex quibus & aliis in vltima deciſione contrariis, ita deciſum vtraque parte informante.

## PLACENTINA, ſeù ABVLEN. DECIMARVM.

*Lunæ 14. Martij 1644.*

### ARGVMENTVM.

Examen Teſtium coram Iudice recuſato factum reputatur validum, ſi recuſationem præceſſit, & ex quibus deducatur præceſſiſſe? Examen Teſtium factum extra locum præfixum nullum eſt, & inualidum nulla præcedente citatione partis ad intereſſendum, aut intimatione acceſſus receptoris ad dictum locum, nec defectus citationis, & intimationis ſuppletur ex præſumpta ſcientia examinis in loco; item nec talis defectus ſanatur ex ſubſecuta intimatione facta poſt completum examen, quia etiamſi pars non contradixerit, adhuc nullitas ſubſtinetur, quia ſciebat jus ſuum eſſe ſaluum. Aſſiſtentia juris pro Parocho ſuper decimis non ſuffragatur ad effectum obtinendi manutentionem ſi conſtat alterum eſſe in poſſeſſione percipiendi decimas à tempore immemorabili, & quando dubium eſt locum eſſe intra fines Parochiæ, & ex quibus probetur talis exiſtentia extra fines parochiæ?

### *SVMMARIVM.*

1 *Immemorabilis vim habet veri, & iuſti tituli.*

2 *Et inducit præſumptionem diſpenſationis, ac priuilegij Apoſtolici.*

3 *Examen teſtium coram Iudice, ſeu receptore recuſato reputatur validum, ſi recuſationem præceſſit, & ex quibus appareat præceſſiſſe, numero 4. & 6.*

5 *Teſtes præſumuntur examinati tempore habili.*

7 *Pro validitate examinis præſumitur.*

8 *Teſtes coram Iudice recuſato ſi quis induxit cenſetur à recuſatione receſſiſſe.*

9 *Actorum præpoſteratio facta à Notario in extrahendo non attenditur.*

10 *Examen teſtium factum extra locum deſignatum nulla præuia citatione partis ad intereſſen. in d. loco, ſeu intimatione acceſſus Receptoris ad illum nullum eſt, & inualidum.*

11 *Et citationis defectus ſuppleri nequit ex præſumpta notitia examinis teſtium in tali loco, quia vbi formalis citatio requiritur ſola notitia non ſufficit.*

12 *Commorans in Ciuitate non præſumitur ſcire ea, quæ extra Ciuitatem fiunt.*

13 *Confeſſio ne noceat confitenti ſufficit, quod ſit aliquo modo dubia.*

14 *Confeſſio erronea procuratoris reuocari poteſt à principali, etiam non docto de errore.*

15 *Examen factum extra locum præfixum ſine citatione partis non ſubſtinetur, neque ad hunc effectum ſufficit intimatio poſt illud completum, ſed citatio precedere debet vt pars intereſſe poſſit examini, & opportunas diligentias adhibere.*

16 *Citationis defectus non ſuppletur ex intimatione in actu grauis præiudicii, qualis eſt examen teſtium.*

17 *Nullitas examinis teſtium non ſanatur, ex quo procu-*
*rator*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca